¶ Poſtremo. ꝙ mihi obtrudit libellũ meũ de iuſtificatione impij. non magnifacio. non em̃ eruditiõis gratia facit ſed fortaſſe vt ita abſumamꝰ tps nr̃m.

## Eckius.

¶ Credo ſcholaſticos ꝓbatiſſimos viros a ſanctis pĩbus non diſſentire. qđ opponit mihi conclu: 38. nõ attendit quõ diſputationẽ ſim exorſus. Nam voluntas põt facere quod in ſe eſt ad malum. et illud potiſſimũ habet ex ſe. et ita loquitur Auguſt: aliud eſt facere quod in ſe ad bonum. Et de illo dixi in cõclu: quia vtrumqꝫ eſt in poteſtate noſtra. et bonum ⁊ malum Eccleſi: 15. tamẽ malum eſt plus in poteſtate. cum bonum ſine dei adiutorio facere nõ poſſumus. et q̃ Auguſt: c. 150. de vera inno Non dicit ſimpliciť de viuere ſecundũ nos. ſed cõiunctim et non ſecundũ deum. vnde ex cauſa dicendi dictoꝝ intelligentia eſt accipienda. ideo cum loquuti ſumus de meritis debebat concluſionẽ intelligere de facere quod in ſe eſt ad bonum. quod nos ꝓduximus ex Auguſtino Et d. d. ad eundem locum nihil dixit.

¶ De Chryſoſtomo habetis quid ſentiat et in quo honore habeat non ſolum ſcholaſticos ſed etiam Eccleſiaſt: patres.

¶ Chryſoſto: dicit caute legendum. Nyſenum dicit. non poſſe premere ſibi ceruicem. Attamen q: forte eſt dure ceruicis Chryſoſtomus Auguſtino non contradicit. qui idem aſtruit de ꝑfectione iuſti: ibi hec vtiqꝫ orat. et qđ Aug: prefert Chryſoſto: q: fuerit cum hereticis exercitatus. oppono ei Hiero: cõtra Pelagi: qui nobis tribuit initiũ boni oꝑis et ꝑfectionem tribuit deo. in eo ipſo opere vbi Pelagianos fregit. quid q̃ ad Hiero: hereticoꝝ malleũ dicere vult. multo expreſſiorẽ ꝙ ſit Chryſoſtomus: et Bernhardus de gratia et libe: arbi: eandem facit rõnem ꝙ Chryſoſto: de obſeruantia preceptorũ.

¶ Ad Bernhardũ allegauit eum ꝙ conſenſus ille ſit a deo. fateor. ſed ꝑtim.

¶ De concluſio: iuſſit me reſcribere. Ego in hunc finem iam diſputo. vt illius iniurioſe ſcriptionis eſſet aliquãdo finis. vt in defenſione et literis ad illuſtriſſ: principem et vniuerſitatẽ datis liquet.

¶ Ad Auguſti: de libe: arbi: eum non ſoluit ſed dicit ꝙ ſe expoſuerit libro de peccatoꝝ remiſſ: cum Auguſt: etiã poſt illũ librum de peccatoꝝ meritis fecerit librũ retracta: tamen illud dictum per me allegatũ non retractauit. quare ad illud fuerat reſpondendũ.

¶ Deinde petit doceri quid ſit principaliter remouere obicem. Dixi ꝙ qui non intelligit quid principale et quid acceſſoriũ. quid minus princi: et directiuũ neſcio quid alias ſcire poſſit. Principale in actionibus qđ aliud dirigit. vel ei actiuitatẽ tribuit. aut vt v̾ior cauſa cõcurrit. itaqꝫ gr̃a principaliter ⁊ cũ effectu in tertio gradu ab Auguſt: tradito. pctm̃ remouet. libe: arbi: in ſcđo gradu Auguſt: adquieſcens diſpoſitiue remouet. qđ laudat me iam ſentire cũ Eccle: hoc ſemꝑ videť in chryſopaſſo factũ ſed deberẽ appoſuiſſe gloſſaꝫ. Si ex charitate theolo: legiſſet nr̃am defenſionẽ habuiſſet gloſ: cũ textu ꝯclõne. 23 adno: .2. Quĩ libere ꝯfiteor nunqꝫ fieri aliqđ bonum opus meritoriũ ſine ſpãli aſſiſtẽtia diuine gratie et miſcđie. Qđ vereť me incedere ſub veſtitu Pela: ſi diſpoſitio ꝑcedens nõ ſit gr̃a iuſtificãs. nihil adduxit. ideo ſolũ me excuſo. eſſe me ꝑuã ouiculã et lupos ignorare. hoc tñ arbitror eſſe de mente Auguſti: qđ initium ſalutis ſit gratia. ⁊ gratuita motio iuſtificans. primũ in tertio gradu ab Aug: poſito. vbi dať gr̃a q̃ eſt vera charitas. vt prima ſit gr̃a ꝑueniẽs ſcđa coopãs.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

De Ezechiele ſemꝑ dixi et ſcholaſtici ꝯcedunt. oĩa opa bona attribui deo. q̄d habes quod nõ accipiſti: tñ per hoc coopatio liber:arb: a gr̄a adiuti nõ tollit. De Origene. verũ eſt in libro de prin: poſuit quedã erronea. ideo. b. Hierony: eoſdẽ libros cribrauit. attñ locũ allegatum velut catholicũ reliquit intactum. Quare clariſſ: d. d. videtis mentẽ meam nunq̄ȝ fuiſſe aliã. q̄ȝ qd voluerim liber: arbi: ex ſe poſſe in malũ. ſed non poſſe ex ſe in bonũ niſi a gratia adiutũ. erectũ. tractũ. et impulſum. Quare quo ad dignitatẽ gratie contra im pbos pelagianos. in re nunq̄ȝ diſſenſimꝰ. et per hec volo mentẽ meam expoſitã. et doctores ſcholaſticos defenſos in materia de obice.

## Caroloſtadius.

¶ Ad primũ quid ſentiunt ſcholaſtici remitto lectorẽ ad queſtiones quib: queritur de actiuitate liber:arbi: et de attritione et contrit:

¶ Ad ſecundũ et. 14. placet mihi qd et vltimũ dictum doctoris fuit. ꝙ liber:arbi: ex ſe non põt in bonum niſi gr̄a erectũ. tractũ. ⁊ impulſum. pulchra eſt ⁊ vera ſententia ⁊ laus deo. Qd diſpoſitio precedens ſit gratia iuſtificãs mihi placet. vellem tñ vt eo noĩe abrogato vteremur vocabulo per quod ſpiritus ſanctus in ſcripturis nobis loquitur.

¶ Ad tertiũ placet mihi ſimiliter ꝙ facere qd in ſe eſt. abſolute non habendo reſpectũ ad deũ. ſit peccare.

¶ Ad Hiero: dico vt in priori diſputatiõe. ꝙ ipſe vtit̃ hac auctoritate apl'i ad Philip: 2. deus eſt qui opatur in nobis velle et opari. modo velle eſt primũ et initiũ bonoꝝ operũ. adeo ꝙ Eccleſi: dicũt hoc deũ abſq̄ȝ nobis opari in nobis

¶ Ad Bern: de cõſenſu qñ dicit ipſum eſſe ptim a deo ꝛc. dico ꝙ corrupte allegatur imo dicit eſſe totũ cõſenſum ad deo. et totũ in libero arbitrĳ.

¶ Ad. 12. qd pricipalit̃ remouere obicẽ ſit actiui: tribuere lib:arbi: nõ eſt magnum incõueniens. ſi vſus loquendi in ſcriptura eſſet receptus.

De aliĳs conſulite boni.

## Die veneris Decima quinta Iulij mane hora ſeptima.

## Scopus.

## Iuſtum peccare in bonis operibus.

## Caroloſtadius.

¶ In noĩe dñi noſtri Jheſu chriſti. Secundã ꝯcluſionẽ egregĳ. d. d. ſupbam. impiam. blaſphemã et hereticã. qñquidẽ manifeſtis ſcripturaꝝ auctoritatibꝰ et Eccleſi: precib: repugnantẽ. demoliturus directo gladio aggrediar. nõ dolis. non falſis auctoritatũ aſſumptionibꝰ. non fallaci impudentia neq̄ȝ dicaci loquacitate. quẽadmodũ Egre: d. d. ſolet. Contra ꝯcluſionẽ eius ſecundã que incipit Etſi peccata venialia ſint quottidiana. iuſtum tñ ſemꝑ peccare in bono ope etiam bene moriendo negamus ꝛc. Oppono auctoritatẽ Eccleſi: 7. quo ſcribitur Non eſt homo iuſtus in terra qui faciat bonũ et non peccet. apertus eſt textus ꝙ is qui bonũ facit peccat. Cõcluſio doctoris aduerſat̃ huic auctoritati. ergo heretica. reſpondeat ergo. d. d.

## Eckius.

¶ In noĩe tuo dulcis Jheſu amen. Contra chriſtianiſſimã concluſionẽ meam temerarius pater grauitatis theolo: oblitꝰ. et ſuo capiti innitens adduxit vnũ locum Eccleſi: 7. cui dicit conclu: meã aduerſari. Rñdeo tanta veritate ꝯcluſionẽ meam eſſe fulcitam. vt non poſſit nõ ſuſpectus eſſe de falſitate qui ei aduerſet̃. et textus allegatus non eſt contra concluſionẽ. niſi acceptus ſecundũ falſam intelligentiã. Unde fateor non eſſe hoĩem qui faciat bonum quin talis homo etiã peccet. ſed non tunc peccat ſemꝑ qñ facit opus bonum. qd nullibi reperiet. vel in ſacris lr̃is. vel in ſanctis pr̃ibus. et qd iſte ſit ſenſus ſcrip: teſtis

ſit intelligētis. adduco b. Hierony: lib. 1. cōtra Iouinianū col: 4. Non qđ ſemper ſed aliqñ: peccauerūt. ꝑ hoc facit Hier: etiā ibidem q: hō conſtitut⁹ in hac vita. ſubiectus eſt vicijs. Et gloſſa interline: ꝑ loco cōcordante adducit illud q: om̄es peccauerunt ⁊ egēt gr̄a dei. quare ſapiens voluit hominē facientem bonū etiam aliqñ peccare. ⁊ qđ ille ſit verus ſenſus ⁊ catholicus ſcripture non quē extraxit d. Andreas ꝑ ſua temeritate. adduco ei Augu: qui eius ceruicem premat li. 2. de peccatoꝝ remiſſi: ca. 20. ex quo conficitur et ſi quiſq̈ꝫ in hac vita eſſe potuiſſet. qui virtute ita proficeret. vt ad tantam plenitudinem iuſticie ꝑueniret. qua nullū omnino haberet peccatum. fuiſſe tñ eum antea peccatorē vñ in iſtam nouitatē vite conuerteretur. non eſſe dubitandū. Quare cōcors eſt ſacre ſcripture et ſanctorū pr̄m ſententia. nullū eſſe tā iuſtum qui faciat bonū. quin aliqñ peccet. vel peccauerit. niſi impijſſime dicat ⁊ blaſphemet ſanctum Laurentiū peccaſſe in craticula et ſanctū Andream ⁊ ſanctū Petrū in cruce. cum tñ eccleſia cantat illud pſalmi de S. Laurentio pſal: 17. igne me examinaſti ⁊ non eſt inuenta in me iniquitas. Quare d. Andreas a ꝓcacitate maledicentie abſtineat. et ſicut grauē theologū decet honeſta verborū contentione veritatē hoc pacto querat. vt inuenire poſſit.

## Caroloſtadius.

¶ Cum. d. d. fatetur non eſſe hominē qui faciat bonū quin talis peccet. ſed non tunc peccat ſemꝑ qñ facit opus bonū. Oppono ei de eadem auctoritate ꝑ dictū Ambroſij de pniā. qđ ſcriptura vniuerſaliter loquens dꝫ vr̄ intelligi et non reſtringi ꝑ capita humana. mō textus allegat⁹ Eccle: 7. vr̄ dicit abſq̈ꝫ limitatiōe non eſt homo iuſtus qui bene faciat ⁊ non peccet. non dicit qñq̈ꝫ. nō dicit poſtea. ſed ſimplicr̄ qui bñ faciat ⁊ non peccet. ergo dꝫ intelligi vniuerſaliter de quolibet bñ faciente. Nec obſtat qđ adductū eſt ꝑ Augu: qm̄ pro intelligentia Auguſtini remitto iudices ad capita ꝑcedētia et ſeqñ: in lib: 2. de peccatorū meritis. Itē ad caput. 6. de ſpū ⁊ lr̄a. Ad librū de perfectione iuſt: ex quib: facile intelligēt qđ egre d. d. vl̄ corrupte citat Augu: vel non intelligit. De Hiero: videbo locū allegatū ſi recte citatus ſit. hoc ſcio Hiero: in libro aduerſus Pelagi: abſolute hāc auctoritatē aſſumpſiſſe. et nōnullas alias coaptaſſe ex quib: infertur quod hō qñ bñ facit peccat. Utitur etiā auctoritate Dauidis pſal: 142. vbi ſic legimus et non intres in iudiciū cū ſeruo tuo q: nō iuſtificabitur in conſpectu oīs viuēs ſiue vt habet hebraica veritas. Non fac me venire in iudiciū. q: dophot ſcđm aliquos hebreos verbū tranſitiuū eſt ſecundi ordinis vel tertij hoc eſt. non fac me venire in iudicium. q: non iuſtificabitur in cōſpectu ⁊c. Ecce clarus eſt textus qđ Dauid qui habet teſtimoniū ſanctitatꝫ non vult venire in iudiciū diuinū. ob id quod non iuſtificatur in ꝯſpectu om̄is viuens. ſed ſi gloſſa d. docto: eſſet vera. ſequeretur quod iuſtus abſq̈ꝫ tremore ⁊ timore vellet ire ad iudiciū dei et poſſet. vtpote tūc. qñ aliquod bonum opus facit et nō peccat. hoc autē q̈ꝫ ſit impudens dictū. quod iuſti velint ſe conſpectui diuino ꝑſentari iudicandos patet intellectorib: ſacrarū literarum.

¶ Deinde qđ d. d. aſſumpſit de Sancto Lauren: Andr: et Petro poſtea dicetur qñ de morte ſanctorū tractabitur. hoc tñ adijcio quod vox eſt martyrū prout Auguſ: dicit pſal: 115: oīs homo mendax hanc vocem ꝓferūt ſi non voce ſaltē corde ſancti martyres. hinc eſt quod Chrūs ad mortem iturus dixit. dn̄e ſi eſt poſſibile tranſeat a me calix iſte. verum tñ non ſicut ego volo ſed ſicut tu vis. defectū illum renitentis nature voluntatis in martyrib⁹ morituris pro Chriſto aſſumpſit ⁊ vt Augu: dicit deleuit. ita quod reniſum huiuſmōi deus non imputet ſanctis martyrib⁹ licet habeant. Nec obſtat auctoritas pſal: non eſt inuēta in me iniquitas. q: tribulatio ignis et ꝑſecutio extinguit iniquitatem. Poſt tñ iniquitas etiam capi ꝑ peccato criminali quod Auguſt: dicit pſal: 18. Et ſi quis vellet poſſet ita r̄ndere ad auctoritatem pſalmographi. Iuſtos in vere

bonis opibus peccare ſimul et pro eodē tpe : et eodem actu quo benefaciunt.
Patet p illud Aſaph pſal:79. Dn̄e deus exercituū. quouſqꝫ iraſceris ſup orōē
ſerui tui. Ecce ſeruus dn̄i. qui iuſtus eſt. dicit deum iraſci ſup orōem ſuam. ſed
cum orō iuſti opus tam validū et ſanctū a Chriſto multipliciter cōmendatū,
ſubijcitur diuine ire. quis audet dicere in ceteris bonis opibus vel in aliquib⁹
eorum non eſſe peccata ꝓpter que iraſcat dn̄s? Nec obſtat ꝙ in hebreo habet
vſqꝫquo fumabis. Oſchonta. qm̄ trop⁹ eſt. et fumus dei in hebraica veritate
ſignificat irā. ſicut ſeptuaginta tranſtulerūt. Idem Caſſianus de velle bonum et
agere malum hoc citauit ad locum ſuꝑiorem quendā.

## Eckius.

¶ Cum. d. Andreas ſolutionē meam audiuiſſet. confugit ad mendicimoniū,
hoc eſt ad regulā vniuerſalē. ſicut phi deficientes recurrunt ad primā cauſam.
Ambroſiū citans de pn̄ia. q: ſcrip: ſacra vl'r loquens vl'r ſit intelligenda. dico
verū eſt ⁊ me accipere v̄ba vl'r ipſi⁹ cōcionatoris ⁊ loqui de oī iuſto. ſed ꝙ dictū
relatū ad vl'itatē ſuppoſitoꝝ. vult trāſferre ad vl'itatē tpis. ſophiſta eſt et ſacre
ſcrip: itelligētiā et modū loquēdi nō aſſeqt. remiſit iudices ad librū de pfectiōe
iuſti: ad librū. z. de meritis peccatoꝝ. diſpeam ſi vel in his libris aut in oībus
opib⁹ Auguſt. vnqꝫ repiatur. iuſtum in quolibet ope bono ſemp peccare. Qd
dicit me corrupte allegaſſe. Auguſt: facit mihi iniuriam. qm̄ nec ipſe nec quiſqꝫ
alius poterit in hac diſput: mihi oſtendere vllam auctoritatē. quā non poſſim
manifeſtare in ipſis originalib⁹ ⁊ ita ad Aug: nō rn̄dit ſed remiſit ad foꝝ iulij.
¶ Porro cum ad Hiero: cepit tpus deliberandi adduxit alium locū Hierony:
contra Pela: inducentē alias auctoritates. etiam ipſius David. q̄uis ſancti.
tamē non audentis intrare iudiciū. iuxta illud pſal: 142. Non intres in iudi-
cium cum ſeruo tuo. Ex quibus dicit inferri iuſtum in om̄i ope bono peccare. Dico
Hiero: nunqꝫ cogitaſſe. nec apud eum repiri ꝙ iuſtus in om̄i opere bono pec-
cauerit. ſed inferri ex dictis eius per ſomnia. et ꝙ hoc ſit verum. adduco Hie:
eodem lib: z. contra Pela: vbi dicit. qui cautus eſt et timidus poteſt ad tpus
vitare peccata. apertiſſimū teſtimoniū ꝙ iuſtus non ſemp peccet. qui ad tpus
poteſt vitare peccatū. et cum magnificis verbis pſal: inducit nō audentē intra-
re iudiciū cum deo. videat nouus ille interpres ſacre ſcrip: eundē Hierony: in-
ducentē eūdē ſanctū David li: z. ꝯtra Ioui: vbi inquit. David electū ſcd̄m cor
dn̄i. qui fecit om̄es voluntates eius. Et qui auſus erat dicere Iudica me dn̄e
qm̄ ego in innocentia mea ingreſſus ſum. Ecce hic David petijt iudiciū ſcd̄m
innocen: ſuam. Quare ſi vellem ſic conſiſtere in modo reſpōdendi doctoris. ſcꝫ
dando inſtantiā iā negotiū eſſet expeditū. at ſenſus ſacre ſcript: quē ſpi: ſanc:
efflagitat. eſt aperiendus et non cortici verboꝝ literaliter more iudaico ſub
Chriſtiana pelle. ſicut calūnioſe mihi imponit. conclu: 1. initi. Dico ergo ad
ſanctoꝝ p̄rm ſententiā hos duos pſalmiſte: locos non diſcordare. In vno em̄
petit vocari ad iudiciū ſcd̄m piam iuſtitiā. de qua dixit ap̄lus. 1. ad timo: 4.
de reliquo repoſita eſt mihi corona iuſtitie. quā reddet mihi dn̄s in illa die iu-
ſtus Iudex. et de illa pia iuſtitia ꝯuenit pater familias Math: 20. Ite et vos
in vineā meā. et qd̄ iuſtū fuerit dabo vobis. Et ad Colloſen: 1. dignos nos fe-
cit in ptem ſortis ſctōꝝ. Ecce pia iuſticia. ſcd̄m quā iuſti clamant ad dominū.
Iudica me dn̄e. Alia eſt iuſtitia rigida. ſcd̄m quā David q̄uis iuſtus nō vo-
luit vocari ad iuditium. q: ſcd̄m iſtam nō iuſtificabit in ꝯſpectu eius ois viuēs.
Et ſic Auguſt: ait. 9. confeſſionū ca. vlt. Et nec laudabilis vita hoim. ſi remota
miſericordia diſcutias eam. q: vero non exquiris delicta vehementer fiducialit
ſperam⁹ aliquē apud te locum inuenire indulgentie. quare adducta nihil faciūt
pro dn̄o And: nec oſīdet mihi aliquē vel Eccleſiaſt. vel ſcholaſticū doctorē. qui
vnqꝫ ita intellexerit niſi ſit Eccleſiaſtic⁹ wittenbergenſis. Porro de ſanctis re-
mittit ſe ad punctū quādo tractatur⁹ ſit de morte et obitu ſanctoꝝ. ſed tamen

dicit oẽs martyres clamare ad deum. Omĩs homo mendax nec memini qđ
hoc martyres in martyrio dixerũt: Attamẽ hoc nihil cõfert ad ꝓpoſitũ.qm̃ vt
exponat oẽs homo men: i.vanitas et defectibilitas.ſicut exponit b.Hiero:
pulcherrimã iſtam ſententiã explicans.vel qđ magis accedit btõ Auguſtino
ꝙ per mendaciũ intelligat pctm̃.dico oẽs martyres.oẽs ſanctos fuiſſe pec
catores.ſed qua ꝯſequentia infertur. ꝗ ſemꝑ peccarũt in oꝑe bono? Ad pſal:
non eſt inuenta in me iniqui: dixit iniquitatẽ aliqñ ſumi pro crimine.
¶ De Chriſto qui orabat ad prẽm.pater ſi poſſibile eſt Ubi renſum nature ⁊
voluntatis aſſumpſit.attulit nobis hic gladiũ quo iugulabit aſſumptũ ⁊ hoc
eſt quod ego aſſumo falſum eſſe. ſctõs ob horrorẽ naturalẽ mortis peccare.et
qđ ꝓpter iſtum horrorẽ minuat eis charitas.vnde veniat pena purgatorij ⁊eſt
inuincibile argumentũ ex hoc loco et facto Chriſti.qđ iuſtus timens mortẽ et
habens voluntatẽ ſemicoctã moriendi ꝓpterea non peccat.charitas ei nõ di-
minuit.nullus fit in eo horror qui ſit pena purgatorij.vt pluribꝰ ꝓbare poſſe;
ſed transeo.Poſtremo adducit ſuo arbitratu et verbis ſatis pompaticis cla;
textum Pſal:79. Dñe deus virtutũ quouſq; iraſceris ſuper orationẽ ſerui tui?
vellem ꝙ d. An: non inniteret prudentie ſue. iuxta conſiliũ ſapientis et verba
ſacre ſcripture acciperet ſecundũ ſenſum quẽ ſpũs ſanctꝰ efflagitat et quẽ ſancti
patres tradiderũt.Quibꝰ nolle credere ait Boetiꝰ ſtulticia eſt.vnde b.Hiero:
in eo loco expreſſe aduerſat ſenſui dñi Andree volens deum non iraſci.ſi iuſti-
tiam petamus.ſed homo orans ꝯſcia delicti timet deum. etiã ab orõne iraſci.
qſi vult habere expoſitionẽ magis lrãlem accipiat Caſſiodorũ dicentem ꝙ in
iſto pſal:ſicut priꝰ orauerat ꝓmiſſionẽ ſaluatoris. excita potentiã tuã et veni.
oñde nobis faciem tuam ⁊c. Iratum aũt dicit qr tardat non dixit deum iraſci
ſuꝑ orõne iuſti.qr peccãret in oꝑe bono.ſed qr petita tardabat exhibere.⁊ iraſ-
centiũ ẽ differre dãda Ideo deũ iratũ dixit ſuꝑ orõe ſna.et nõ ad mentẽ d.And:

## Caroloſtadius.

¶ Qm̃ egre: d. Clamator ꝑ digreſſiões ſuas mihi ſubducit tpus ne ꝓuentre
queã ad auctoritates magis vrgentes. maledicta eius ob tpis anguſtiã non
diluam. ſed eius inutiles rñſiones paucis imꝓbando attingã. et primo cum
dicit me ad regulã vr̃em effugere ⁊c. Oppono ꝙ non verba Ariſto.vel phi ſed
Ambroſij regulã aſſumpſi.et fateor eſſe vtilitatem ꝑſonarꝫ bene facientiũ.qđ ⁊
d.d.faſſus eſt.ſed nihil dicit de vtilitate opm. licet textus perinde vr̃ loquit de
ꝑſonis ꝙ̃ opibus.opera tranſijt et de ꝑſonis tm̃ loquit.
¶ Secundo qñ dicit diſpereã ſi ſenſus meꝰ ⁊c. Oppono ꝙ iſta ꝓpterea dicit.
vt ꝑfas ⁊ nefas auditores in ſuã ſniaꝫ trahat ⁊ remitto ad locũ priꝰ allegatũ.
¶ Tertio de Hiero: cũ mihi exꝓbrat q̃ſi deliberatorias peterim.non eſſet ab-
ſurdũ ſi in re tam ſeria et ad ſalutẽ tã neceſſaria meditatiſſimꝰ ꝓdirem in lucẽ.
qñq̃dẽ hic nõ oſtẽtationẽ capacis memorie et acuti ingenij q̃rimꝰ.ſed veritatẽ.
¶ Quarto.cũ dicit ad pſal: Nõ intres in iuditiũ. Hiero: dicere.ꝙ hõ põt vita-
re pctã actpus. Itex remitto iudices ad libros Hiero: cõtra Pela: vbi repe-
rient de quibꝰ pctis loquat Hiero: et quõ ꝑ gratiam liberamur a peccatis.vel
vitamꝰ delicta.qm̃ grã eſt et charitas que opit multitudinẽ peccatoꝝ.
¶ Quinto dũ adducit Hiero: ꝯ Iouinẽet auctoritatẽ pſal: Iudica me dñe qm̃
in innocẽ: mea ingreſſus ſum.et hãc auctoritatẽ velut claſſicũ detonat. primũ
eius ſniam firmabo.ſed nõ ſcdm ꝓpoſitũ. Et primũ miror d.d.tot diſputatoꝝ
leges deuoraſſe.et oblitũ ſui ꝙ dat tm̃ inſtantias.et non ſoluit.
¶ Adijcio priori auctoritati qđ dicit Iob c.13.ſi fuero iudicatꝰ ſcio ꝙ iuſtꝰ in-
ueniar.vbi Iob expreſſe dicit ſe inueniri iuſtũ cũ iudicabit. ſed vellẽ d.d.intel-
ligeret innocentiã Dauidis et iuſtitiã Iob.et tunc recte inferret auctoritatẽ ꝓ
me. Iudica me ſcdm iuſtitiã ⁊c. Nam iuſtitia Iob eſt iudicium. de quo paũ-
lo ante dixit. Uex tñ vias meas in ꝯſpectu eiꝰ arguã ⁊ ipſe erit ſaluator meus.

Non em̄ veniet in conſpectu eius om̄is hypocrita ſcd̄m hanc iuſtitiā. qua Job
iudicat peccata ſua. agnoſcit. et cōdemnat vult iudicari et iudicandꝰ inueniet
iuſtus. Qđ Dauid dicit. Ueritas de tra orta eſt et iuſti: de celo ꝓſpexit. Dum
oritur veritas. i. cōfeſſio pctōꝝ in homie. tunc iuſticia iuſtificans homiem ꝓ
☞ ſpicit de celo. Qđ apl'us dicit: ſi nos iudica: non iudica: a dn̄o. et Johannes in
canonica ſi confeſſi fuerimus pctā noſtra. iuſtus eſt deus qui relinquit nobis
pctā. Ergo qn̄ homo iudicat pctā ſua tunc iuſtificans deus et miſericors re
☞ linquit delicta. ita etiam Dauid habuit innocentiā ꝙ pctm̄ ſuum contra ſe ſp
fuit. et ꝙ peccata ſua nota fecit deo. et ſecundū iſtam innocentiā vult iudicari
in ſua iuſticia. ſed que eſt iuſtitia? Rn̄deat nobis pſalmographus. Non relin
quet dn̄s populū ſuum donec iuſtitia reuertat ad iuditium. hoc eſt ꝙ̄ a diu po
pulus dei ſuas iuſticias recto iuditio ſupponit. non relinquit immo ſecurꝰ pe
tit ſe iudicari a dn̄o. Eſt ğ auctoritas p. d. aſſumpta ꝓ me. videlicet ꝙ Dauid
petit ſe iudicari ſcd̄m ſuā iuſtitiā ꝓpter innocentiā greſſuū. ſcd̄m qđ dicit pſal.
118. vias meas ānūciaui tibi ꝛ liberaſti me. ğ iuſticie Dauidis habuerūt pctā.
¶ Sexto de auctoritate. i. ad Timo. 4. repoſita eſt mihi coro: iuſticie. et de
parabola. ite et vos in vineam meā. et de illa. dignos nos fecit. Opponēdo dico
ꝙ d. d. illas auctoritates cauſa digreſſionis aſſumpſit. Non em̄ querimꝰ quō
remunerantur bona opa. ſed in hoc eſt negotij cardo quō in bonis opibꝰ ſint
pctā. ſi quis tn̄ velit mentē Auguſt: videre legat Auguſt: de gra: et libe: arbi: c.
16. vbi dicit ꝙ deus ſua munera coronat.
¶ Septimo qn̄ d. d. inuenit nouā iuſtitiā ſcd̄m quā dicit: Dauidē nolle iudica
ri cauſa breuitatis remitto iudices ad librum de pfec: iuſti: vbi Auguſt: ſatis
dicit de iuſticia.
¶ Ad Aug. 9. cōfeſſionū. c. finali cum dicit. Si remota miſericordia diſcutias
delicta. auctoritas Aug: eſt cōtra allegantē ꝛ eſt gladiꝰ Golie. q: expreſſe dicit
delicta ſunt in opibus et ꝓpterea fiducialiter ſperat de dei miſericordia. prout
etiam Chriſtus dicit. ſanis non eſt opus medico. ſed infirmis et non veni vo
care iuſtos ſed peccatores.
¶ Octaua. dicit ꝙ nō poſſum oſtendere hec Eccleſiaſt: qui vnꝙ̄ ita intellexit
ſicut ego. niſi demonſtrarem Scholaſticū wittenbergeñ. vellē ego d. doctori
abunde reſpōdere niſi pcerē vniuerſitati Jngelſtadenſi. ꝙ aūt ſenſus meus ſit
approbatus. remitto ad loca allegata. ꝛ adijcio qđ Auguſti. ſcripſit de ſentē
tia Jacobi ad Hieronymū.
¶ Nono. cū dicit ſe non meminiſſe martyres dicere om̄is homo mendax. dico
hoc eſt indiciū ꝙ non legit Auguſt: diligenter. pſal: 115.
¶ Decimo. qn̄ dicit me attuliſſe gladiū quo vult rape ceruicē meam. ꝙ renii
ſum nature et volun: poſuerim eſſe pctm̄. ſatis demonſtrat ꝙ non intelligit
vnde naſcant pctā in bonis opibus. Non em̄ oriuntur ex gratia ſed ex peccato
quod eſt in homie. et dicitur lex membrorū. ſcd̄m iſtam legem dicit Chriſtus.
ſpūs promptꝰ eſt caro aūt infirma. ꝛ paul. Ro. 7. Uideo aūt aliā legem in mē
bris meis repugnantē legi mētis mee et captiuantē in lege peccati. que lex pcti
eſt in membris meis ꝓpter iſtam legem dicit Paulus ſe captiuū duci et eo quo
non vult. et paulo ſupius. Scio em̄ q: nō habitat in me. i. in carne mea bonū
Nam velle adiacet mihi. pficere aūt bonū non inuenio. Non em̄ qđ volo bonū
hoc facio. Ecce paul: expreſſe dicit qđ vult bonum. vult ſeruare mandata dei.
vult mori pro Chriſto vt Auguſt: exponit. ſed nō inuenit pficere. q: reniſus eſt
Ut Auguſt. exponit. voluntatis qui refragat bono velle. Ex quibꝰ patet ꝙ ſancti dum bene volunt
nihilominus male faciunt. hoc eſt ſentiunt praua deſyderia in natura. que deſy
deria nō auferent donec mortale hoc veſtiuerit nos. poſtꝙ̄ aūt mors abſorp
ta fuerit in victoria. tunc erit bonum velle abſꝗ ꝓuo deſyderio. tunc erit ꝛ velle
et pficere. qđ pficere iam nos inuenimus. nec aliquis ſanctorꝫ inuenit. excepto
Chriſto et eius matre.

¶ Undecimo. Cū reſpondit auctoritati quouſq; iraſceris ⁊c. obiecit Hieron: qui dicit. ꝙ conſciā delicti timet deū. auctoritas eſt pro nobis q: cōſciā delicti preſupponit ipſum delictū. alioquin falſa eſt conſcia. Uideat aūt d. d. ⁊ Iudices electi Auguſt: interp̄tantē hunc verſiculū ſup̄ oratione ſerui tui. et facilem habebunt intelligentiam.

¶ Porro non poſſum non admirari aſtuciā d. d. qui hic tranſilijt ſcopum negocij. Ego quidē cauſam et diſcrimē exegi cū oratio ſit tam felix ⁊ ſanctū bonū a Chriſto egregie cōmendatū. et nihilominꝰ deus iraſcat̄ orationi iuſtoꝝ. cur delicta negemꝰ in ſimilibus op̄ibus. ſed vt d. d. intelligat me ſequi auctoritatē Eccleſie adduco Ecleſie preculam vbi dicit. de noſtra iuſticia non confidimꝰ. ergo illa diffidētia naſcitur ex malo. ex vitio. verba ſunt Eccleſie. vt qui noſtre iuſticie fiduciā non habemus. de ſunt alia.

## Eodē die hora. z. continuauit Caro: ſeriē diſputatiōis.

¶ Nam ſecundū Augu: contra iulia: l. 4. c. 3. qđ bonū eſt. bono diſplicere nō poteſt. idcirco ſi op̄a alicuius ſancti prorſus carent peccato. recte poteſt de eis h̄ri fiducia. ſed quod hoc ſit falſum patet p̄ alias p̄ces eccleſie. vbi dicit deus qui conſpicis quia ex nulla nr̄a accōe ꝯfidimꝰ. et alibi quia indeſinenter peccamus. ergo ſancte eccleſie membra ſemp̄ peccāt qn̄ b̄nfaciūt. alioqui falſū eſſet quod dicit indeſinenter peccamus. Et hoc q̄d etiā nulla nr̄a actōe ꝯfidimus. Hoc eſt qđ eſaias. c. 64. dixit. Et q̄ſi pannus menſtruate vniuerſe iuſticie nr̄e. vbi textus clarus eſt qđ om̄es iuſticie nr̄e. hoc eſt oīa op̄a iuſticie nr̄e ſunt ſicut pannꝰ menſtruate mulieris. ergo habent immūdiciā. et notant dicit. vniuerſā noſtrā iuſti: et nullam iuſticiā excludit. qđ pulchre exponit caſſianus de velle bonū et agere malū. hoc eſt qđ Iob dicit. lotꝰ ſi fuero quaſi aquis niuis. et fulſerint velut mundiſſime manus mee. tamen ſordibꝰ intingis me. Iob. 9. Aug: legit tn̄ ſordib: intinxiſti me. q. d. ꝙ om̄ia op̄a ſunt intincta ſordibꝰ ſed quid alid eo loci intelligere audemꝰ per ſordes niſi delicta. p̄pterea recte dicit idem Iob eodem c. 9. Si iuſtificare me voluero. os meū me ꝯdemnabit. Si innocentem oſtendero. prauū me comp̄babit. Ecce Iob ſanctus. iuſtus. ⁊ patiens qui ſue ſanctitatis teſtimoniū a deo habuit. dicit. Si me iuſtificauero ꝯdemnabit me os meum. vnde dicit paulo inferꝰ. Uerebar om̄ia op̄a mea. ſciens ꝙ non parceres delinquēti. Quid habet timere iuſtus in bonis op̄ibus ſi nulla pc̄tā in eis ſunt. p̄pterea Paul: ad Gala: 5. dicit Caro cōcupiſcit aduerſus ſpm̄. ſpiritus aūt aduerſus carnē. hec eīm ſibinuicē aduerſant̄. Auguſt. in lib: hyponoſticon dicit. Iuge bellū eſt et ꝯtinuū inter carnem ⁊ ſpiritū. p̄ut ſapiens dicit. Iugū graue ſuper om̄es filios ade a die exitus eorum vſq; ad diem reditus in m̄rem oīm. Clariſſ: eſt textus ꝙ ſemp̄ ſpūs contra carnem pugnat et qn̄cumq; ſpūs bonum op̄atur. tunc caro reluctat̄ intm̄ ꝙ inter iſtam luctam neceſſe eſt infirmari ſpiritū et ꝯhere maculam. vt habet Auguſt: contra iulia: lib. 3. c. 6. et de verbis Ap̄li ſermone. 3. a. c. d. et ſermo: 10. Ergo qn̄ iuſtus bona op̄a facere conatur. non poteſt implere qđ debet et qđ vult. qđ expreſſe dicit ap̄lus. vt nō quecūq; vultis illa faciatis. g̊ non faciendo qđ debent et quod volunt peccāt. Ego rogo dn̄os iudices ꝙ ſcđm allegata noſtra iudicēt diligenter intentiōes authorū citatorū inſpicere dignentur.

## Eckius.

¶ Replicādo clariſſ: doctor defenſauit regulā ſuam vl̄em que eſt b̄ti Ambro: ſicut eam agnoui et dudū noui. ſed eam bene applicatā volebat extendere ad vniuerſalitatē operū. quā extenſionē nullo ſancto doctore p̄batam in operibꝰ non admitto. qm̄ affirmationes circa opera ſunt coartate. negationes vero ſunt ampliores. alioquin precepta affirmatiua obligarent p̄ ſemper qđ eſſet pro pigris ruſticis libenter ſabatha ſanctificātes. Excuſauit ſe ꝙ bonū eſſet ſe veniſſe meditatū ⁊ inſtructū. non hoc imp̄baui eſſe viri prudentis. ſed bonus athleta etiam accipit conſiliū in arena.

¶ De Auguſtino remiſit ſe ad iudices. ſed nullum ꝓtulit vбū Auguſtini. ꝗre
de hoc ꝙꝗȝ tranſeo. Hieronymū ꝑ me veriſſime allegatū remittit ad iudices
qui ita veriſſime reperient.
¶ Demū cum duos locos ſecundū corticē repugnātes ex Dauid adduxiſſem,
oſtenſurus ꝙd gramaticus ſenſus non ſufficiat ad intelligentiā ſcripture. trāſ=
ſeo de loco. extendit fimbrias clariſſ: d. declarando ad longū imptinent. qua=
lis fuit iuſticia Dauid. ꝓpter quā peterit ingredi iudiciū cū dn̄o. ſed iudicando
ſeipm̄ ꝛ ſua peccata. Sicut allegauit de iuſticia Job. de iuſticia Dauid ꝛ pec=
catū meū ꝯtra me eſt ſemꝑ. Et id. veritas oꝛtatur de terra. dico ꝙuis iſta decla=
ratio in ſe ſit vera. et hoc oēs ſcholaſtici docꝛ et predicatoꝛes a quadringentis
annis docuerunt. hoīem peccatorē exercendo in ſe iuſticia ꝑ penitentiā ꝙd tūc
deus remittat peccata. Jō vno oꝛe ſcholaſtici et p̄dicatoꝛes concluſerūt. pn̄iaȝ
eſſe ꝑtem iuſticie vindicatiue.

¶ Secundo dico quod etiam iſta ſua declaratione habetur plus contrarium
concluſionis ſue. quia admittit Dauid iudicando ſeipſum. ꝛ ſic de alijs homi=
nibus ſe iudicantibus eſſe iuſtū et ita nō peccat in illo bono ope. q: alias rōne
peccati concurrentis in illo iudicio adhuc non auderet petere. vt deus ingre=
deretur iudicium.

¶ Tertio q: arbitratur facere inducta pro eo. cum tn̄ tota declaratione. vbi in
vno loco Dauid petit iudicari ſecundū iuſticiā. adhuc tn̄ tremēs coꝛam rigida
iuſticia Dixit in conſpectu tuo nō iuſtificabit oīs viuens. hic vniuerſalitatē re=
gule ſue extendat. ſed nolo immoꝛari.
¶ Deinde cum dixiſſem de duplici iuſticia. quā ego etiā ſacra ſcriptura ꝓbaui
q: ſcholaſticos nō vult admittere. remiſi ad Auguſ: de perfect: iuſticie addux=
Auguſ: apertiſſime in. 9. Cōfeſſ: vbi loquit̄ de iuſticia ꝛ miſericoꝛdia. et omnio
clariſſ: d. d. non ſuffragat̄ Auguſtinus ibidē. bene fatetur Auguſtinus Deum
nō exquirere delicta nr̄a vehementer. ſed nec lr̄a ſonat quod in bono ope iuſti
peccent. ꝙuis ingenue fateoꝛ. ſepe iuſtū in bono ope. ꝛ meritoꝛio aliqn̄ peccare
venialiter. Ut in celebrante deuote vl̄ p̄dicante. aut eleemoſynā dante. aut foꝛ=
titer diſputante ſicut facit clariſſ: d. d. exoꝛiatur quedā mentis elatio. de genere
peccati venialis. Et ita ꝑticulariter nunꝙ ꝯtradixi d. doctori. Ita eñ teſtatur
b. Gregoꝛ: i: moꝛaliū opa bona noſtra tenuiſſimi cōtagij inquinatiōe maculari
et Guilhel: Pariſieñ: magnus ille epūs et inceptoꝛ ſicut teſtat̄ chronica fratꝝ
eremitarū mendicantiū. credit cynices et muſcas egyptias immergere in vn=
gentū oꝛatiōis. ꝛ ſacrificiū cōtribulati coꝛdis.
¶ Porro. dicit clariſſ: doctoꝛ me digreſſum a peccato boni opis ad hoc quō
bona opa debeant coronari. dico ſalua ſua reuerētia. non fuiſſe hoc ꝓpoſitum
meū ſed cum de iuſticia feciſſet mentionē. oſtendi ex ſacra ſcript: duplicem eſſe
iuſticiā. ꝛ ſcd̄m piā iuſticiā fit retributio meritoꝛū. Quare caput. 16. de gratia ꝛ
lib: arb: Auguſtini eſt imꝑtinens. Preterea. q: dicit me nō meminiſſe in legēdis
martyrū qd̄ in martyrio etiā clamauerint oīs hō mēdax. opponit mihi Augu:
qui non eſt martyr. ſed confeſſoꝛ qui dicit martyres dicere dico ego plus. omnē
hominē debere agnoſcere ꝓpheticā veritatē. q: oīs homo mēdax. qd̄ ſi ꝓphe=
te credere noluerit aliqn̄ cū ſuo ꝑiculo experietur. In pſal: 79. dicit me foꝛtiter
tranſilijſſe robur ſue inductiōis. q: deus fuerit iratus ſuper oꝛatione. que ita a
Chr̄o cōmendatur. ergo a foꝛtioꝛi ſuꝑ alijs opib: bonis. fuit ſpāle de oꝛatiōe
illa ꝓ ſaluatoꝛe mittendo. nec eſt verū deū in ſe iraſci. q: ab illis paſſionib: eſt
immunis. ſed q: habet ſe ꝑ modū iraſcentis ꝛ hoc fuit ſpāle rōe dilatiōis. Deñ
cū dixiſſem nullū eccleſiaſticū vl̄ ſcholaſ: dediſſe hūc ſenſum: qd̄ in oī bono ope
iuſti peccauerint. niſi ſcholaſticos wittenb: Dico ꝙ indignatus. d. d. minas

adiecit. que q: ſunt ↄtra publicū ſaluū cōductū. refero ad dños et iam me ex-
primo me fcaſſe per illos ſcholaſ: wittenbergē. doctorem Andreā Bodenſtein
de Caroloſtadio. et patrem Martinū Luther. Porro qđ de lege membrorū
induxit et auxiliū aplī implorauit. dico. Omnia p aplm adducta me libentiſ-
ſime credere. et ꝓpter breuitatē omitto. Q̄ꝫ varie illud caput ſit expoſitum per
Origenē Hiero: Auguſ: Ambro: Damaſcenū et ſanctū Paulinū. tū in pñtia
accipio poſteriorem ſententiā Auguſtini. qui aliqn̄ fuit in ſententia Paulini. ꝛ
tūc dico concupiſcentiā. illam legem membrorū. Q̄uis fuerit peccatū an̄ bap-
tiſmū. tū poſt baptiſmū non eſt peccatum. Ut b. Auguſ: libro primo de nup-
tijs ꝛ concupiſcentia et maxime ſecundū Auguſ: lib: 6. ↄtra. Iulianū. c. 5. In
ſumā dico concupiſcentiā infirmitatē illā et malā valetudinē. legē mēbrorꝫ legē
carnis. non eſſe peccatū nec mortale nec veniale. et poſt baptiſmū non origi-
nale. ꝙ ſi etiā ſicut gloſſa interlinea: in loco allegato facit exponendo peccatū
pro quacumꝫ concupiſcentia. hoc eſt ſicut Auguſt: exponit lib. 6. contra Iu-
lia: c. 5. q: fit a peccato. et eſt pena peccati. qui adducit. vnuſquiſꝫ tentatur a
cōcupiſcentia ſua. abſtractus et illectus. deinde concupiſ: cum cōceperit parit
peccatum. profecto in his verbis partus a pariente diſcernitur. pariens enim
eſt cōcupiſcentia. partus peccatum. Sed cōcupiſcentia non parit niſi conce-
perit. nec concipit niſi illexerit. hoc eſt ad malum perpetrandū voluntatis ob-
tinuerit conſenſum. et per hoc volo eſſe reſponſum hijs que adduxit de lucta
que eſt inter carnem et ſpiritū. quam oēs experimur. ſed ꝓpoſito non ↄuenit.
¶ Deinde adduxit Iob c. 9. non audentem ſe iuſtificare. dico Iob loqui ſcđm
illam rigidam iuſticiam. ꝛ ſicut ſapientem. q: nemo ſcit an amore vel odio dig-
nus ſit. ſicut Paulus qui nihil ſibi erat conſcius et tamen dicit ꝙ in hoc non
erat iuſtificatus. vnde bene faciunt iuſti ꝙ verentur oīa opera. Sicut Iob
et ſicut b. Grego: ait piarum mentiū eſt agnoſcere culpam. vbi non eſt. ſed ac-
cipiat hunc morſellum qđ Iob. 27. inquit neqꝫ enim reprehendit me cor me-
um. in omni vita mea. quomodo hic ſe iuſtificauit? Deinde timebam ne auc-
toritatē Eſaie obmiſiſſet vniuerſas iuſtitias noſtras eſſe ſicut ſedentis vel vt
alius textus habet ſicut menſtruate poſſem et dare ſolutionē Hiero: qui maxi-
mus biblie interpres. dicit Prophetā loqui de cōparatione iuſtitie legis et iuſti-
tie Euangelice. tamen do ↄmunem. ꝙ verum eſt cōparando iuſtitiam noſtrā
ad iuſtitiam diuinam eſt iniuſtitia. q: imꝑfecta manca et mutila. Sicut cō-
parando lumen creatum ad lumen diuinum eſt tenebre. ꝛ ꝙ hoc ſit verum pa-
tet Luce. 18. nemo bonus niſi vnus deus. aſſumit b. Auguſt: de perfect: iuſt:
Concordat Chryſoſt: et alij. Omnia eīm cōparata creatori nec bona ſunt. cui
cōparata nec ſunt. Ergo qđ in vno loco de bonitate. ita alio loco de iuſtitia
dictum accipio. Poſtremo et ijs ↄcludamus. cū preculas Eccleſie mihi obijcit
ꝙ fiduciā in opibus noſtris non habeamus. et in alia collecta. q: ex nulla no-
ſtra actione ↄfidimus. Dico cum lectionib: meis hodiernis. ꝙ per iſta verba
non aufertur ſpes. ſed preſumptio tollitur. q: omnia facientes agnoſcere debe-
mus q: ſumus ſerui inutiles. ita indeſinenter eccleſia agnoſcit ſuos filios pec-
care. quare pro his rogat. ſed ex nullis collectis vel alijs ſcripturis probatur
iuſtum ſemper in quolibet opere bono. etiam ſanctū Laurentium in craticu-
la. peccare. ceterum ſi quid impremeditatum aut lapſu lingue aut ignoran-
tia. aut humane fragilitatis temeritate fuiſſet per me dictum vel factum. pe-
to ab illuſtriſſ: principibus preſtan: et clariſſimis viris. patribus venerandis
et obſeruandis. dominis nobilibus. ſcholaſticis. vt in his mihi veniam dent
et eos ipſos iudices precor. vt nihil ſuſcipiant ſiniſtro aīo a me factitatum.
paratus doceri et emendari. ſi alicubi verum ſenſum et intelligentiam ſcrip-
turarꝫ non fuiſſem aſſequutus. Soli deo gloria Amen.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

## Caroloſtadius.

¶ Primū mihi placet ꝓteſtatio egre: d. d. nam et ego ꝓteſtor ⁊ peto. Cū ante tps breue ſit ⁊ ad ſingula rñſa nequeā opponere. duntaxat ea tangā que egre: d. d. amicū meū in meā ſententiā traxiſſe videntur. Videlicet reſponſio data ad Eſaiam omnes iuſticie nr̄e ⁊c. Ubi egre. d. d. reſpondendo dixit quod omnes iuſticie noſtre cōparate ad iuſticiā diuinam ſunt tenebre et iniuſticia hoc mihi placet. ⁊ conſequitur ex eo quod iuſtus faciendo iuſticiam ſemper facit iniuſticiam. Si ſua iuſticia fuerit collata ad diuinam iuſticiā laus deo. Ceterū cū dicit quod ꝑcib: eccleſie non aufertur ſpes a bonis opib: ſed preſumptio. facile eiꝰ ſententie accederem. ſi eccleſia ita diceret. qui de bonis operibꝰ nō habemꝰ preſumptionē. ſed cum dicat non habemus fiduciā. videtur ſublata etiā ſpes.

¶ Poſtremo Rogo d. d. dicat mihi ſi Paulꝰ fuerit baptizatꝰ vel ne. qñ epl'as ad Ro: ſcripſit ſi fuit baptizatus tūc male appellat concupiſcentiā peccatū pꝰ baptiſſimū. cum dicit. Nunc antē iam non ego opor illud. ſed quod habitat in me peccatū. teſtimoniū eſt aplicū quod apoſtolus pꝰ baptiſſimū concupiſcentiam in carne ſua vocat peccatū. ergo nemo reꝑhendendꝰ ſi modum loquendi aplicū vel fuerit aſſequutus vel imitatus. contra alia ꝓpter voluntatem dñorū mihi non licet opponere. Dixi.

Rñdit Eckius ſic ſic

## Eckius.

¶ Dimiſſis duob: q2 hoc ſemper fuit indubitatū apud ſcholaſticos. qđ petit ex me ſcire de Paulo dico breuibus tria. Primo. quod origenes Hiero: et Iſidorus lib: 2. de ſūmo bono volunt aplm loqui de conſuetudine peccandi. quam habuit ſub lege. illa impellebat eū ad malū. Secundo. quod origenes reputat ꝓbabile et ſanctus Paulinus ad Seuerū teſtatur apoſtolum non loquutū pro ſe ſed in ꝑſona infirmorū. que aliqñ fuit ſententia b. Augu: 6. ꝯ Iuli: c. 11. Tertio dico. Eſto quod ꝑ peccatū hic intelligat concupiſcentia. tñ peccatum ibi accipit ꝓ pena peccati. Ut ex Auguſtino lib: 6. cōtra Iulianū. c. 5. expſſe liquet et in ſuperiorib: diximus. peccatū aliqñ accipi ꝓ pena peccati. vt qñ pro mortuis oramus vt a peccatis ſoluātur ſicut docte tradit Iohānes picus comes mirandulanꝰ concluſione ꝗ apologie. Ergo concupiſcentia pꝰ baptiſmū peccatū dicitur. ſicut ſcriptura alicꝰ dicitur eius eſſe manus. Quare ſi ꝯcupiſcentiā dicitis peccatum ad modum iam declaratū facile aſſentio ſi autē pcm̄ pro culpa et reatu ſumitis manib: et pedib: diſſentio. Tamē hoc addo ꝓcorollario. Non ſemper licere vt modū loquendi etiā ſanctorū pꝛm teneamus: qm̄ etſi vulgatiſſimū ſit Mariā fuiſſe appellatā mr̄m chriſti tñ conciliū decreuit ꝓ tēpere vt nō Chriſtotokos. ſed theotocos diceret Illa cū ſuperiorib: ſubijcio maiorubus meis paratus emendari.

Χριστοτο κοσ θεοτοκοσ

Caroloſtadius dixit
Et ego ſubijcio.

# Finita eſt diſputatio. M. D. xix.

xv. Iulij que erat dies veneris horam circiter ſecundam qua finita magiſter Io: Langius Lembergeñ. gratias egit oratione cōmendatoria. Concluſum eſt cum cantico Te deū laudamus.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Incipit diſputatio Excell: theolo: Johannis Eckij et Martini Luttheri auguſt: que cepta fuit Quarta die Julij M.D.xix. hora ſeptia.

## Proteſtatio patris M. Lutheri In nomine dñi αμην.

¶ Proteſtationē vtriuſcꝫ egregij dñi et Andree Carolo: et Johannis Ecckij amplector et ſequor. hoc vnū addo. ꝙ pro reuerentia ſummi Pontificis ꝛ Ro: Eccleſie libens hanc materiā. non neceſſariā et mire inuidioſam ꝓtermiſiſſem. niſi per ꝓpōnem egregij d. d. Joannis Ecckij in eam ꝓtractus fuiſſem. Doleo etiam eos non adeſſe quos maxime oportuit. qui cum et priuatim et publice toties me crimine hereſeos ꝓfanarunt. nunc cum inſtet cognitio cauſe. ſe ſubtraxerūt. heretice ꝓuitatis inquiſitores dico. qui fraternā monitionē et doctrinam poſtpoſuerunt criminationib⁹ ſuis.

## Scopus.

## De poteſtate imo de primatu Romani pontificis Ecckij proteſtatio.

¶ In noīe tuo dulcis Jheſu. Antecꝫ in arenā deſcendā. Proteſtor coram vobis illuſtriſſimis. nobilib: magnificis. et excellentiſſ: dñis. oīa ꝑ me dicenda et dicta inprimis eſſe ſubiecta iudicio prime ſedis. et dñi in ea ſedentis. Deinde quorūlibet aliorū. quorū eſt errantes corrigere. et ad veritatis cognitionē reducere. Et q: reuerendus pater in prefatione ſua quaſi ſe excuſando teſtatur ſe libenter hanc omiſiſſe materiā. pro ſummi pontificis reuerentia. niſi per meam ꝓtractus fuiſſet ꝓpoſitionē. At meminerit reuerēdus pater niſi prius ipſe in reſolutorio. ante tpa Sylueſtri negaſſet Ro: pontificē alijs ſupiorem. non fuiſſet neceſſariū me tredecimā illā poſuiſſe ꝓpōnem. et ꝙ in actis coram legato ſedis aplice btm̄ Pelagiū pontificem Euangelica ſcripta torſiſſe cauſatur qui tamē maxime oim̄ ad ſanctoꝝ patrū intentionē verba Chriſti accepit. fruſtra ergo Reuerēdus pater in me cauſam torquere nititur cui ipſe non ſemel occaſionem ꝓſtitit. Sed iam ambagib: reſectꝫ. pricipale inſtitutū deo duce aggrediamur.

¶ Reuerende pater. veſtra concluſio tredecima mee cōtradicens. fatet Roma: eccleſiam eſſe alijs ſuperiorē. iuxta frigidiſſima Romanoꝝ pontificū decreta intra quadringentos annos nata. quibus obſtare dicitis textum ſacre ſcripture. et hiſtorias approbatas mille et centum annorū. Cōtra quā ſic oppono.

¶ Monarchia et vnus principatus in eccleſia dei eſt de iure diuino. et a Chro inſtitutus. quare textus ſacre ſcripture. vel hiſtorie approbate ei non aduerſantur. Quoniam eccleſia illa militans que eſt velut vnum corpus. iuxta diui:

Pauli ſententiā. eſt inſtituta et facta ad imaginem eccleſie triūphantis. in qua eſt vna monarchia omnib: ꝑ ordinem diſpoſitis. vſqꝫ ad vnū caput. ſcꝫ deū. quare et talis ordo a chr̄o in terris eſt conſtitutus. cum fateať Johānis quin- to. filium non facere quidq̄ꝫ niſi quod viderit patrem facientem. Quare nō de celo eſt qui capiti ſubeſſe recuſat. ſicut non de celo. ſed de lucifero eſt qui deo non vult ſubijci. Que omnia latiſſime confirmari poſſunt. maxime ꝑ ſacram illam animā b. Dionyſium Areopagitam lib. de eccleſiaſtica hierar: vbi ait. Noſtra eſt hierarchia a deo traditis ordinib. ſancte diſpoſita ſanctis et cele- ſtib⁹ hierarchijs conformis eſt. ita Grego: Nazan: in Apologetico. Sacro. ſ. myſteria ( ait ) adinſtar celeſtis imaginis celebrari. ꝑ que vtiqꝫ in terris celeſti:

Id eſt. ſine capite.

ordinibus aſſociamur. Nam quod monſtrum eſſet eccleſiam eſſe acephalam? qđ omnes ferme heretici moliti ſunt vt ſanctus Cyprianus ad rogationum et Puppianū innuit. vt ſic debilitato capite errores ſuos ꝛ virus impune poſſent mentib: hominū inculcare. Et hec fuit ratio principalis cum alijs annexis. ꝓpť quam pariſienſe felix ſtudiū Johannē Tornacenſem damnauit. negantem primatū Eccleſie Romane. Sic ꝛ error fuit wikleffitic⁹ Romanam eccleſiam alijs non eſſe ſupiorem de lege Euangelij.

## Martinus Lutherus.

¶ Quando d.d. arguit omnino eſſe caput eccleſie vniuerſale. Optime facit. Et ſi eſt aliquis qui priuato pacto conuenerit cū dominatione ſua ad defen- dendum contrarium. ſurgat in mediū. ad me nihil ꝑtinet.

## Eckius.

¶ Quia reuerendus pater dicit nihil ad ſe ꝑtinere de contrario illius. qđ inten- debam probare de iure diuino eſſe Monarchiam in eccl: militāte. ſicut et triū- phante. in quo eū collaudo quod et in hoc diuo Johanni in Apocalypſi con- ſentit. Vidi ciuitatem ſanctā nouam deſ: ꝛc. at propius ad rem accedentes. ſi eccleſia militans non fuit ſine monarcha. vellē audire quis eſſet iſte monarcha alius. aut vnq̄ꝫ fuiſſet niſi Ro: pontifex. aut q̄ alia prima ſedes niſi ſedes Pe- tri et eius ſucceſſorū. iuxta illud beati Cypriani qui in epiſtola. z. ad Cornel: Ro: pontificem ſcribens contra Nouatianos ſubdole Romā accedentes in- quit: Poſt iſta adhuc inſuꝑ cedo epiſcopo ſibi ab hereticis ꝯſtituto. nauigare audent. et ad Petri cathedram atꝫ eccleſiam principalem. vnde ſacerdotalis

Non ad Petri ſcabellū

vnitas exorta eſt. a ſchiſmaticis et profanis lr̄as ferre ne cogitare eos eſſe Ro- manos. quorū fides ab Apoſtolo laudata eſt. ad quos ꝑfidia hr̄e non poſſit acceſſum. Et Hiero: idem teſtatur contra Luciferianos. eccleſie ſalus (ait) in ſummi ſacerdotis dignitate pendet. cui ſi non exors quedam et ab omnibus. eminens detur poteſtas. tot in eccleſijs efficientur ſchiſmata. quot ſacerdotes Et quod ille ſummus ſacerdos ſit Romanus. liquet apud eundem beatum Hiero: in duab: epiſtolis ad damaſum papā. cui⁹ ferme ſingula verba ad in- ſtitutum faciunt. verum breuitatis ſtudio illa ſignemus. Cum ſucceſſore pi- ſcatoris et diſcipuli chriſti loquor. ego nullum p̄mium ſequens niſi Chriſtum beatitudini tue. i. cathedre Petri ꝯſocior. Super illam petram fundatam ec- cleſiam ſcio. et infra: Quicūq̄ꝫ tecum non colligit. ille diſpergit ex quibus quiſ- qꝫ bonus Chriſtianus facile conijcit vnitatem ſacerdotalem a Roma: fluere pontifice. et illam fuiſſe ſemper cathedram principalem. et omnibus alijs pre- latam. et quod illa ſit petra. ſicut Hiero: dicit ſe ſcire ſuper quam fundata ſit eccleſia. vel reuerendus pater aſſignet alium monarcham eccleſie priſcis temporibus.

## Martinus Luther.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

¶ Monarchiam eccleſie militantis proꝛſus confiteoꝛ eiuſꝫ caput non homi‑
neꝫ ſed Chꝛiſtum ipſum. ideꝫ auctoꝛitate diuina. Pꝛima ad Coꝛin: 15. opoꝛ‑
tet illum regnare. donec ponat omnes inimicos ſub pedibus eius. et paulo
ante. Deinde finis cum tradiderit regnum deo et patri et euacuauerit omnem
pꝛincipatum quod Auguſt: lib. 1. de trini: vi. cap: exponit de regno Chꝛiſti
pꝛeſentis tempis. ita videlicet quod Chꝛiſtus caput eccleſie per fidem. tranſ‑
feret nos qui regnum eius ſumus per ſpeciem. Sic Mattheí vltimo Ecce ego
vobiſcū ſum vſꝫ ad conſummationē ſeculi. Item actuū. 9. audiuit Paulus
de celo Saule Saule quid me perſequeris? Ubi iterum Augu: dicit caput lo‑
qui pꝛo membꝛis ſuis. Quare pꝛoꝛſus audiendi non ſunt qui Chꝛiſtum extra
eccleſiam militantem trudunt in triumphantē. cum ſit regnum fidei. hoc eſt.
quod caput noſtrum non videmus et tñ habemus iuxta illud pſal. 119. illic
ſederunt ſedes in iudicio ſuper domū Dauid. multe ſcꝫ ſedes in quibus vnus
ſedet Chꝛiſtus. Sedes videmꝰ nō ſeſſoꝛē vel regem. Pꝛoinde ad auctoꝛitates
Egre: d. d. veniendo. quando aſſerit in eccleſia militante eſſe vnū pꝛincipatum
diuino iure et a Chꝛiſto inſtitutū. ſua dicit. ſed nihil pꝛobat. Nam pꝛima eiꝰ
auctoꝛitas Pauli nimirum epheſios. 4. que Chꝛiſtum caput eccleſie dicit. pꝛo
me contra eum valet. cū certiſſime loquatur ibi de eccleſia militante. et Chꝛi‑
ſtum appellat eius caput. eſt etiam eadem ſentētia contraria huic. 1. Coꝛin. 3.
Quid eſt Apollo? quid Cephe? quid Paulus? diuiſus eſt Chꝛiſtus ⁊c? vbi
manifeſte pꝛohibet aliud caput q̄ȝ Chꝛiſtum. Secūda eius aucto: Iohan: 5.
non poteſt fil: fa: quicꝫ niſi quod vid: patrem fa: neꝫ de eccleſia militante
neꝫ triumph: loquitur. ſed omniū doctoꝛum ſententia de equalitate ſua cum
patre. ſed ꝙ nihil facit aut poſſit facere pater quin idē poſſit et filius. Omitto
ꝙ dixit non eſſe de celo qui capiti ſubeſſe recuſat. Et eſſe de Lucifero qui deo nō
vult ſubijci Quia ſicut pꝛecedentia male ſunt aſſumpta. ita et hec male illata.

¶ Tertia que eſt Dionyſij nihil contra nos. non enim negamus Hierarchiā
eccleſiaſticā. ſed de capite diſputamus Monarchie. non Hierarchie.

¶ Quarto. que Gregoꝛij Nazan: adducitur ꝙ per ſacroſācta myſteria ſoci‑
amur ſanctis oꝛdinibus celeſtibus. a quouis grāmatico intelligit̄ nihil ſonare.
neꝫ de Monarchia neꝫ de capite.

¶ Iam quod addidit eſſe mōſtrū ſi eccleſia acephala eſſet fateoꝛ. ſed hoc ca‑
put neꝫ ipſe dñs doctoꝛ aliud dare poſſit q̄ȝ Chꝛiſtū. quod pꝛobo euidenter.
Quia ſiſuū caput qđ Ro: pontificē appellat moꝛit̄. vt eſt homo. iam eccleſia
eſt acephala. ſi autem Chꝛiſtus interim caput eſt eccleſie. donec alius eliga‑
tur. non minus monſtrum eſt Chꝛiſtum cedere viuo pontifici. et ſuccedere
moꝛtuo.

¶ Quinta beati Cypꝛiani Qui hereticos inſectatus ꝙ debilitato capite moliti
ſunt erroꝛes ſuos impune hominib: inculcare. pꝛoꝛſus nihil facit ad pꝛopoſitū.
loquit̄ em̄ non de Roma: capite. ſed de quolibet capite cuiuſꝫ epiſcopatus.
Et ſi egre: d. d. voluerit ſtare auctoꝛitati Cypꝛiani hac hoꝛa finemꝰ diſputa‑
tionē. ipſe em̄ Coꝛneliū pon: nunꝫ aliter ſalutat niſi chariſſ: fratrem. Deinde
deſcribens epiſcopoꝛū electiones et cōfirmationes per multas epiſtolas. ex
diuinis literis efficaciſſime pꝛobat ad plebem pertinere ⁊ vicinos duos epiſco‑
pos vel tres. quemadmodū et ſancitum eſt in ſacratiſſ: Nice: concilio. Quin
idem beatus martyr vt beatus Auguſt: allegat lib: 2. ca: 2. de baptiſmo. ſic
dicit. Neꝫ enim quiſꝫ noſtrum epiſcopū ſe eſſe epiſcopoꝝ cōſtituit. aut ty‑
rannico erroꝛe ad obſequendi neceſſitatē collegas ſuos adigit. quando habet
omnis Epiſcopus pꝛo licentia libertatis et poteſtatis ſue arbitrium pꝛopꝛiū.
tanꝫ ab alio iudicari non poſſit. quo modo nec ipſe poteſt alterum iudicare.
ſed expectemus vniuerſi. iudicium domini noſtri Ihesu Chꝛiſti.

Eckiꝰ dixit non fiet

¶ Quod aūt dicit e Romana et Petri cathedra ortā eſſe ſacerdotalē vnitatem
libentiſſime admitto. q̄ntu ꝑtinet ad eccleſiam occidentalem. Nam reuera etiā
Ro: eccleſia orta eſt ex hieroſolymitana. hec eſt matrix ꝓprie omniū eccleſiarū
ſed nec valet conſequentia ex Ro: eccleſia orta eſt ſacerdotalis vnitas. ḡ ipſa
eſt caput ⁊ dn̄a omniū ꝑma. aloquin inſupabiliter cōcluderet hieroſolymitanā
eſſe caput ⁊ dominam omnium.
¶ Ultima auctoritas diui Hieronymi nō recte inducit ab egre: d. d. etiam ſi per
omnia eſſet vera auctoritas. Hiero: q: d. d. intendit ꝓbare eccleſie Romane
poteſtatem Monarchicā iure diuino a Chriſto inſtitutā. hoc verba Hiero: nō
hn̄t: q: dicit cui ſi nō exors quedā ab om̄ib: eminēs det poteſtas tot in eccleſijs
efficient ſchiſmata. quot ſacerdotes. Detur inquit hoc eſt. iure humano poſſet
fieri conſentientib: ceteris om̄ibus fidelib: nam nec ego hoc nego. ſi cōſenſerint
totius orbis fideles in Ro: vel pariſienſem vel Magdeburgeñ: vel quemcūq̄ vt
eſſet primus pontifex et ſummus. hūc ꝓpter reuerentiā totius eccleſie fidelium
ſic conſentientis. hn̄dum eſſe ſūmū monarchā. hoc aūt neq̄ factū eſt vnq̄ neq̄
q̄ fit neq̄ fiet. cū vſq̄ ad nr̄a tp̄a greca eccleſia non conſenſerit. neq̄ tamen ſit
habita heretica. et hanc eſſe ſententiā diui Hiero: ꝓbo ex epiſtola ad euagriū.
vbi dicit. Ubicūq̄ epūs fuerit ſiue Rome. ſiue Eugubij ſiue Conſtantinopoli
ſiue Regij ſiue Alexandrie ſiue Thanis. eiuſdem meriti et eiuſdē ſacerdotij eſt.

Martinus Das ſie den Hiero: nicht lang verbrāt haben

Potentia diuitiarū. et humilitas paupertatis. vel ſublimiorē vel inferiorē facit.
Ceterū omnes Apoſtolorū ſucceſſores ſunt. Recitatur hec epiſtola in decretis
non frigidis diſ: 93. ca: legimus. idē ſup epiſtolā ad titum. idem eſt ergo p̄ſbr:
qui epūs. et anq̄ diaboli inſtinctu ſtudia in religiōe fierēt. et diceret in poplis
ego ſum Pauli. ego ſum Cephe. cōi p̄ſbyterorū cōſilio eccleſie gubernabant
poſtq̄ vero vnuſquiſq̄ eos quos baptizabat ſuos eſſe putabat in toto orbe
decretū eſt. vt vnus de p̄ſbyteris electus ſupponeret. et inductis auctoritatib9
ſcripture dicit in fine. Sicut ergo p̄ſbyteri ſciūt ſe ex eccleſie conſuetudine ei qui
ſibi ꝑpoſitus fuerit eſſe ſubiectos. ita epiſcopi nouerint ſe magis conſuetudine
q̄ diſpoſitiōis dominice veritate p̄ſbyteris eſſe maiores. ideo qđ d. d. addidit
a Ihero: intellectum eſſe ſummū potificē Ro: dū dicit. cū ſucceſſore piſcatoris
et diſcipli Chriſti loquor. ⁊ beatitudini tue .i. cathedre Petri ꝯſotius. ſup illā
Petrā fundatā eccleſiam ſcio. nihil facit. nō ſequitur conſotior huic eccleſie. ḡ
hec eſt ſola prima. Nec ſequit eſt fundata ſupra Petrā. ergo ſola eſt fundata.
¶ Accedit ad hoc decretū concilij africani diſt: 99. cap: prime. Prime inq̄t ſe-
dis epiſcopus non appelletur princeps ſacerdotū. aut ſummus ſacerdos aut
aliquid hm̄i. ſed tm̄ prime ſedis epūs. vniuerſalis autē pontifex nec Romanus
appellet. quare ſi diuino iure ſtaret monarchia Ro: pontificis. hec oia eſſent
heretica. qđ eſt temerariū aſſerere. et in fine audiamus ipſum dominū qui luce
zz. dicit. facta eſt aūt cōtentio diſci: quis eorū videretur eſſe maior. Dixit aūt
eis. Reges gentiū dn̄ant earum. et qui poteſtatē hn̄t ſuper eos bn̄fici vocant
vos aūt non ſic. ſed qui maior eſt veſtrū fiat ſicut minor.

## Eckius.

¶ Reuerendus d. pater ſatis inſtructus deſcendit in arenam. materiam ſuā
hn̄s bono ordine contextam in libello impſſo. et ꝑ eum compoſito. quare illu-
ſtriſſ: dn̄ationes vr̄e. magnificentie et dominatiōes. veniā dabunt Eckio multo
iam tp̄e alijs negotijs occupato. ſi non tam rotunde et accurate eueſtigio tā-
ta cumulare poterit. q̄ſtū Reuerendus pater iam cōgeſſit. Uenit eñ diſputa-
turus non librum editurus. verum quid reuerendus pater dixerit per ordi-
nem diſpiciamus.
¶ Primo omniū. caput eſſe eccleſie Chriſtum ꝓbare intendit. quod tñ fuerat
ſuperuacaneū. cum nullus hoc negare p̄ſumat. niſi qui antichriſtus ſit. miror
tñ vehementer. quod hoc non ꝑpendit. ſicut pollicet in actis corā legato ſedis

Apoſtolice poſſe ſe preſtare quendā iuriſta theologum. plura eſſe poſſe capita
ſubordinata. in quo myſtici capitis ratio aut ſymbolici a rōe capitis naturalꝫ
deficit. quare pter caput Chriſtū. et aliud oportere queri caput in eccleſia ſta-
tim pbabit. Necꝫ ei ſuffragat ꝙ Aplm inducit prima ad corinthios 3. diuiſꝰ
eſt Chriſtus? Nam etſi Paulus ibi Petri meminerit. non tñ ſiſti dixit beatus
Hiero: lib. 1. ꝯ iouini mihi colū. 18. vnus eligitur. loquitur de Petro. vt capite
conſtituto ſchiſmatis tollatur occaſio. Clare appellat Petrū caput in eccleſia
eſſe conſtitutū. ſed hec miſſa facimus. ſolutiones ad noſtra inducta repulſuri.
¶ Primo cū reſpondet ad illud Johannis 5. necꝫ eñ filius poteſt facere quid-
ꝗ niſi que viderit patrē facientem. dixit ſcdm ſanctos patres exprimi hic eq̄li-
tatē patris et filij. verū legat attentius queſo reuerendꝰ pater beatū et inadu-
labilem patrem Bernhardū lib. 3. de conſideratiōe ad eugeniū. Ubi de forma
eccleſie loqñs. et eam eſſe de iure diuino probans nr̄a ratione formauit mihi
colū. 7. nec vilem reputās formā hanc q: in terra eſt. exemplar habet in celo.
Necꝫ eñ filius poteſt facere quidꝗ niſi que viderit patrem facientem. pſertim
cum ei ſub Moiſi nomine dictū ſit. Uide omnia facias ſecundū exemplar quod
tibi in monte monſtratū eſt. viderat hoc qui dicebat vidi ciuitatē ſanctam ꝛc.
Ego eñ pter ſimilitudinē dictū reor quod ſicut illic ſeraphin et Cherubin. et
ceteri qui vſꝗ ad angelos ꝛ archan: ordinantur ſub vno capite deo. ita hic ꝗꝗ
ſub vno ſummo Pontifice primates vel patriarche Archiepiſcopi. epiſcopi.
preſbyteri. vel abbates et reliqui in hunc modū. tunc ſubdit Bernha: Non eſt
paruipendendū ꝙ et deum habeat auctorē et de celo ducit originem. Quis tā
non intelligat hanc eccleſiaſticā hierarchiā ſcdm Bern: a Chriſto inſtitutā. et
velut deus caput eſt in celo. ita ſummus pontifex caput ſit in militāte eccleſia?
Neutiꝗ Chriſtū excludendo. cuiꝰ ſe fatetur vicariū. Sed ad ratiunculā ple-
ſiam quā iduxit. eccleſiā manere acephalā papa mortuo niſi ridicule diceremꝰ.
Chriſtū cedere pape viuo et ſuccedere pape mortuo. Ridicula prorſus ratiū-
cula que in re tam ſeria inter tot preſtantes viros. vix eſt digna enarrari. cum
ab initio dixerim caput illud ſymbolicū a veri capitis naturalis ratione in ali-
quibꝰ conuenientijs deficere. necꝫ Chriſtus cuius regnū manet ineternū. et cuiꝰ
ſempiternū eſt ſacerdotiū cedit pape vel ſuccedit. cum ei ſit data oīs poteſtas
in celo et in terra. Matthei vlti: Et defuncto papa modo cetus Cardinaliū-
ſicut defuncto epiſcopo caplm iura illa teneat. vſꝗ quo nouus pontifex deli-
gatur Qd vero ſecundo loco reuerēdꝰ pater dicit Cyprianū loqui de quolibꝫ
epiſcopo non de Romano Pontifice plurimū miror cū intelligentia dictoꝝ ex
cauſis dicendi ſit accipienda. et Cypri: in locis per me adductis eos increpet
quia Cornelio defecerunt. Qui certe Romanꝰ fuit pontifex. Ob id ſciat Re-
uerendus pater me non nudis verbis ſatiari. vt ſophiſtas paſcere ſolemus.
que ex Cypriano pro ſe affert opponendo arbitror cumulatius efficiet. Nam
ꝙ Cyprianus Cornelium fratrem appellat et apoſtolos fratres fuiſſe nemo
neſcit. attamen Petrus ſicut et eius ſucceſſor Cornelius caput fuit apoſtoloꝝ
apex et vertex. iuxta beati Dionyſij ca: 3. vel. 7. de diui: nominibꝰ ſententiam.
De electione et concilio Niceno et a Cypriano conſcripta. nec pmouent nec
impediunt negotiū. et multo minus Auguſt: lib: 2. ca. 2. de baptiſ: paruuloꝝ
debebat adduci poſt Cyprianum. Nam Auguſti: arrogantiā et temeritatem
eorum qui per ambitionē et ſuperbiam ad eccleſiaſticas prelaturas ſe ingerūt
reprehendit. ꝙ non debeant ſe conſtituere nec alios cogere ad ſe conſtituendū.
Cum quiſꝗ prelatus exſpectare debeat vt vocetur ſicut Aaron.
¶ Tertio aliam Cypriani ſententiam ex. 2. Epiſtola ad Cornelium diluturus
reſpondit. Unitatē quidem ſacerdotalem in occidentali eccleſia a Romana ex
ortam. non in orientali. obticuit. hic Reuerendus pater qd Cyprianus prece-
denter Romanam eccleſiam appellauit Petri cathedram atꝗ eccleſiam pri-

cipalem Sed quid ſua ſolutio poſſit medullā verboꝝ inſpicienti eſt manifeſta:
rium Nam Reuerendus pater more grāmatico ortum vnitatis ſacerdotalis
intelligit quo ad auſpiciū et initium . cum profecto Cyprianus voluerit expli:
care ortum cōmiſſionis . ſubordinatiōis ſeu influxus. vt ab vno Petro.velut
a capite. in ceteros omnes iuriſdictio ſit deriuata. alioquin non dabit vnum
ſacerdotem nec hieroſolymis . Taceo ꝙ eum non releuat gloſſula adiecta de
occidentali eccleſia.cum beatus Hieronymus ab initio ſue epiſtole ob id ori:
entalem eccleſiam ex oriente ſcribens ſchiſmaticā dicat . que indiſciſſam domi
tunicam et deſuper contextam minutati per fruſta diſcerpit. Chriſti vineam
inquit vulpes exterminant.denotans ſcꝫ Hierony:ꝙ ſponſa in canticis cōque
rebatur.capite nobis vulpeculas que demoliunt vineam. Taceat ergo que:
ſo Reuerendꝰ pater et nobis non inſultet cum grecis et orientalibus qui a Ro:
deficientes eccleſia.a fide quoqꝫ Chriſtiana facti ſunt exules. Conſectarium
eſt quo pacto accipienda ſit illatio . Eſt radix ergo domina. Non enim de ra:
dice loquimur initiȷ̄.vel temporis.ſed de radice influxus et principalitatis.
¶ Quarto loco nititur reuerendus pater ſe euoluere ex verbis Hierony: et illa
vitare. Nam ſummo ſacerdoti tribuit quidem et dari ſummā dignitatem.ſed
hoc fiat iure humano. Sed cur tunc beatus Hieronymus Damaſum piſca:
toris appellat ſucceſſorem et cathedre Petri vult aſſociari? Illud diuinum ci:
tans Matthei.16. ſuper illam petram fundatā eccleſiam ſcio. Qḋ ita reliquis
eccleſiȷ̄s appropriari non poteſt. vt Bernhardus ratiocinatur et proch dolor
cum ſumma Chriſtianoꝝ iniuria ſumus experti portas inferorum preualuiſſe.
eccleſie hieroſolymitane. Antiochene Alexandrine.addo quoqꝫ Boemice.qḋ
tamen de eccleſia que fundata eſt ſupra petram veritas incorrupta Chriſti nō
patitur . Sed veriſſimū eſt in ȷ̄s que ſunt fidei. quod Hieronymus in eadem
epiſtola affirmat . Ubicunqꝫ fuerit corpus ibi congregabunt et aquile. pro:
fligato a mala ſobole patrimonio. apud vos ſolos incorrupta patrum omnino
ſeruatur auctoritas . At hoc in principali adhuc euidenter probauimus non
iure humano primatū obtinere eccleſiā Ro: ſed diuino . Preſtat tamē diluere
que venerandus pater pro ſe ex Hierony: adduxit . Primo ad Euagrium vbi
epiſcopum Rome et Egubiȷ̄ Conſtantinopoli et Regiȷ̄ eiuſdem meriti dicit et
ſacerdotiȷ̄ . hoc ſciuimus anteqꝫ Theognis naſceretur. neqꝫ papatus eſt ordo
vltra Epiſcopatū. Nam ſic et alio loco equales dicit fuiſſe apoſtolos. Ubi ta:
men primatum ſancto Petro nō abſtulit. Sed ꝙ reuerendus pater tantope:
re a me efflagitabat ne diuerticula quererem quod nunqꝫ facere ſum ſolitus.
ipſum canonem legimus adducens .93. diſt: me adhoc ducit procardū ꝙ diſſi
Canoniſte et Theologi an Epiſcopatus ordo ſit proprio charactere inſignis
ſacerdotio additus. de quo in preſentia velut impertinente nihil decerno. Hoc
tamen dico apparere mihi ſaluo ſemper meliori iudicio. nō talem fuiſſe in pri:
mitiua eccleſia confuſionē. vt Epiſcopus a ſacerdote non ſepararet. cū duode:
cim Apoſtoli ſeptuaginta duos excedant diſcipulos. In cuius rei teſtimoniū
beatum affero Dionyſium Hieronymo antiquiorē et primitiue eccleſie hierar:
cham . qui lib: de eccleſie hierarch: inter ſacros ordines epiſcopatum ponit.et
ſupremum hierarcham. et quo pacto is debeat cōſecrari. cui aſſentiēs epiſco:
pos ab ipſo eccleſie initio cōmune ſacerdotiū excelluiſſe opinor.
¶ Tertio . adduxit canonem conciliȷ̄ Affricani .99. diſt: can:1. Ubi concilium
prohibet nec Romanum pontificem debere dici vniuerſalē. et ꝙ Chriſtus hoc
prohibuerit luce. 22. Reges gen: ⁊c. Reſpondeo verum eſſe faſtuoſum vniuer:
ſalis epiſcopi nomen fuiſſe prohibitū. non ꝙ Romanus pontifex vnqꝫ a vero
Chriſtiano habitus ſit non primus et ſummus pontifex. ſed quod epiſcopus
peculiariter . Romane eccleſie non ſit proprius cuiuſqꝫ eccleſie epiſcopus. ſed

pꝛimus. ꝙ alioquin debitus honoꝛ Epiſcopis inferioꝛibus non tribueret. Verum nihil criminis ineſt. ſi quiſpiam Romã: pontificẽ vniuerſalem dixerit pro pꝛimo. rectius vero dicetur non epiſcopus vniuerſalis. ſed vniuerſalis eccleſie epiſcopus. veluti eſt Chꝛiſti vicarius. Qđ domin⁹ ambitioſam redarguit apoſtoloꝝ contentionẽ. qualis inter ſeculares queritur. hoc pꝛimatũ eccleſie Romane non aufert. ſed quod beatus Gregori⁹ pꝛimus fecit. et agnouit ſe ideo Eccleſie catholice pꝛelatum. vt ſeruum ſeruoꝝ ſe eſſe agnoſceret. In qua re ſequentes Pontifices non conuitijs laceſſere. ſed oꝛationibus. vt tales fiant. a deo impetrare ſtudeamus.

## Hora Secunda pomeridiana Quarta die Julij 1519.

# Martinus Luttherus.

¶ Pꝛimam reſponſionẽ meam qua ex auctoꝛitate Pauli pꝛima ad Coꝛint: 3. oſtendi. ab apoſtolo pꝛohibitũ ne fideles ſibi arrogarent vt Cephe. vel Paulum. vel Apollo. ad iſtum modũ confutauit. d. d. egregius ꝙ etſi Paulus ibidem Petri meminerit. non tamen falſo Hierony: contra Jouinianũ dicit. Vn⁹ eligitur ꝙ capite conſtituto occaſio ſchiſmatis tollatur clare appellat Petrũ caput in Eccleſia conſtitutũ. adiecit. ſed hec miſſa faciamus. Reſpondeo non patioꝛ pꝛopter minoꝛẽ auctoꝛitatẽ inductam me diuelli a maioꝛe. Nec tantus eſt Hieronymus vt pꝛopter eum Paulum deſeram. Non ergo Paulus ſolum meminit ibi Petri. ſicut conatur extenuare iſta confutatio. ſed cum plena auctoꝛitate docet et pꝛohibet. ne quis dicat ſe eſſe Petri. Unde et idem capitulũ concludit. Omnia vr̃a ſiue Paulus. ſiue Cephe. ſiue moꝛs ſiue vita. Vos aũt Chꝛiſti. Chꝛiſtus aũt dei. Stat ergo iſta reſponſio mea adhuc inuicta et niſi robuſtius confutata fuerit. oppono eam omnibus pꝛeteritis ⁊ futuris argumentis. d. doct: Verbum enim dei ſuper omnia verba hominũ eſt.

¶ Ad Hieronymũ autem dico ꝙ et ego miſſa facio ea. cum ſit ambiguiſſim⁹ locus. vt bene ſenſit dñs Doctoꝛ. Secundã reſponſionẽ meam ad auctoꝛitatẽ Johan: 5. vbi dixi Chꝛiſtum loqui de equalitate potentie paterne. iuſſit me. d. Doctoꝛ attentius legere beatum Bernhardũ qui hanc auctoꝛitatẽ inducit pro eccleſia militante ſicut auditũ eſt. Reſpondeo. Diuum Bernhardũ veneroꝛ et eius ſententiã non contemno. ſed in cõtentione accipiendus eſt ſenſus genuinus et pꝛopꝛius ſcripture. qui ſtare in acie poſſit. a quo ſancti patres nonnũꝗ̃ locupletande oꝛationis gratia digrediuntur et ſine culpa. Nunc autem ex pꝛecedenti et ſequenti textu clarum fit Chꝛiſtum loqui de equali omnipotentia ſua cum patre. Propterea perſequebant̃ iudei Jheſum. quia faciebat hec in ſabbato ergo magis querebant eum Judei interficere quia non ſolum ſoluebat ſabbatum. ſed et patrem ſuum dicebat deum equalem ſe faciens deo. Reſpondit itaꝗ̃ Jheſus et dixit eis. Amen amen dico vobis. non poteſt fili⁹ a ſe facere quicꝗ̃. niſi quod viderit patrem facientem. et ſic clare patet quod Bernhardus alio ſenſu tractat hoc verbum Chꝛiſti.

¶ Ad tertiam. videlicet plebeiã vt dixit et ridiculã ratiunculã. qua dixi. etiam
ſine papa eccleſiã habere caput ſuum. oppoſuit. ꝙ nõ eſſet digna enarrari co-
ram tantis viris et in re tam ſeria. Rñdeo. ſit plebeia et ridicula. modo ſit in-
uicta: Nec dum video eam cõfutatam. non eñ intelligo ſi eccleſia ad tres vel
quattuor menſes nõ eſt acephala mortuo Papa. modo ſint alij epiſcopi. quõ
etiam non ſit acephala cum nullus ſit Papa Nam qd. adduxit de Cardina-
libus penes quos ſit vis eligendi ⁊c. Rñſionem meam confortat. cum hinc ſe-
quat̃ eo tpe quo nondũ erant Cardinales vt tpe Hie: non potuiſſe eſſe papã.
¶ Ad quartã Cypriani auctoritatẽ vbi dixi eum loqui de quolibet Pontifice.
obiecit ꝙ ex textu ꝓuincatur eum loquutũ eſſe de Cornelio Romano pontifi:
contra Nouatianos. Rñdeo. mea non refert nec eam ep̃lam in memoria ha-
beo. hoc aũt ſcio ꝙ diuus Cyprian⁹ ꝑ multas ep̃las in hoc totus eſt. vt aſſe-
rat cuilibet eccleſie ſuũ caput et ſuũ Epiſcopũ. ꝑ ſuffragiũ plebis et iudicium
vicinorũ epiſcoporũ ordinari. Ideoqꝫ ſi eſt vt d.d. allegat cõtra Nouatianos
de Cornelio dico. certum eſt eum loquutũ de capite Romane eccleſie. non vni-
uerſalis eccleſie. Item et illud cõfutauit ꝙ Cyprianus Corneliũ ſemꝑ cõpellat
fratrem nunqꝫ aũt dominũ. vt nunc epiſcopi faciunt ponentes relatiuum ſine
correlatiuo. Obiecit ꝙ et Petrus ap̃los habuerit fratres et tñ caput et ver-
d diui: noib: tex ap̃lorum fuerit. iuxta Dionyſiũ. Rñdeo ſi poterit egre: d.d. probare ꝙ Pe-
trus vnqꝫ vnũ ap̃lox ordinauerit. immo vnum ex ſeptuaginta diſcipulis. aut
vllũ illorum vnqꝫ miſerit. cedo oñia ⁊ volo eſſe victus. ſi aũt ego ꝓbauero. qd
ne oẽs quidem ap̃li potuerint vnum ap̃lox mittere vel ordinare. rogo con-
cedat mihi Petro nihil fuiſſe poteſtatis ſuꝑ ceteros ap̃los. Quo ſequit̃ multo
minus poteſtatis eſſe epiſcopo ſucceſſori Petro ſuper epiſcopos ſucceſſores
ceterox ap̃lorum. Nũc aũt clariſſ: text⁹ eſt Actuũ primo. ꝙ Matthias ap̃lus.
ab vniuerſo cetu apoſtolorum et diſcipulorum ordinari non potuit. ſed de
celo. ſicut et ceteri omnes electus et ordinatus eſt a Chriſto ita et capi. 13.
Saulus et Barnabas ſegregante ſpirituſancto aſſumpti ſint in opus. Error
ergo eſt aptiſſimus ꝙ Petrus habuerit poteſtatem ſuper apoſtolos. Hoc
ſane fateor ap̃lm Petrum fuiſſe primũ in numero ap̃lox et ei deberi honoris
prerogatiuã ſed non poteſtatis. equaliter electi ſunt et equalẽ poteſtatẽ acce-
perunt. ita et de Romano pontifi: ſentio qd honoris prerogatiua. ceteris de-
beat aſſerri ſalua cuiuſqꝫ equali poteſtate et non ſicut Pelagius in frigidiſſ:
ſuo decreto infert. vbi maior auctoritas. ibi maior poteſtas et manet ceteros:
obſequendi neceſſitas.
¶ Ad quintã. vbi electionẽ epiſcopi ex Cypriano et Niceno cõcilio attuli egre:
d.d. ſatis Rhetorice contempſit dicens ꝙ nec ꝓmoueãt nec impediãt negotiũ
ſed ꝑ hoc non diſſoluit̃ mea reſponſio. ſtat ergo adhuc decretũ Nicenũ. aut ſi
non ſtat et contra ius diuinũ ſtatuerũt. non catholicũ concilium. ſed diabolicũ
conciliabulũ appellandũ erit. ſic cum putaret Auguſt: non fuiſſe inducendũ.
et pulcherrima gloſſa ſua Cyprianũ ꝑ Auguſtinũ adductũ ita interp̃tat⁹ eſt.
ꝙ Cyprianus ambitionẽ et ſuꝑbiam eorum reꝑhenderet qui ſeipſos ingererẽt
anteqꝫ vocarent̃. ſicut Aaron. Hoc mera fiducia dixit. ceterũ textus ſatis cla-
rus eſt. ꝙ nullus epiſcopus qui iam ſit epiſcopus ſe cõſtituere debeat aliorũ
epiſcopox epiſcopũ. Stat ergo adhuc mea reſponſio.
¶ Ad ſextam Grauiter me reꝑhendit idem egre: d.d. ꝙ in altera auctoritate.
Cypriani obticuerim hoc vocabulũ. Principalẽ eccl̃iam. deinde velut grãma-
ticũ me naſo ſuſpendit. ꝙ dixerim ortam eſſe vnitatẽ ſacerdotalẽ ex Petri ſede.
Ideo nouus dialecticus vel phũs potius ortum hunc interpretat̃. cõmiſſiõis
ſubordinatiõis. ſeu influxus. alioquin inquit. nec ex Hieroſolymis habit vnũ
ſacerdotẽ. Rñdeo ſiue docuerim ſiue locutus fuerim hoc vocabulũ principale
ideſt. nec eñ põt pricipalis vocari reſpectu orientalis eccleſie. vt ſatis dictũ eſt.

¶ Deinde cōmentū ſuum de ortu influxus.eadem facilitate cōtemno qua ipſe finxit ꝛ non eſt dificile mihi dare vnum ſacerdotem ex Hieroſolymis.ſcꝫ ipſum Chriſtū.aquo incepit.et hinc orta ꝛ profecta eſt eccleſia.iuxta illud Iſaie.2.de ſion exibit lex.et verbum dñi de Hieruſalem. Jam quod addidit auctoritate Hiero:orientalem eccleſiā fuiſſe ſchiſmaticā.et indiſciſſam dñi tunicā minutatim diſcerpentē. Neſcio ſane quid velit. nec eñ poteſt dicere quod tota orientalis eccleſia et ſemꝑ fuerit ſchiſmatica . Hinc nec negare poteſt.quod et latina eccleſia ſua habuit aliqñ ſchiſmata.et tñ manſit eccleſia. Proin nihil eſt quod iubeat me tacere et non inſultare ꝑ Grecā eccleſiam. qr deficientes a Ro:eccſiẽ facti ſunt et a fide Chriſti exules.ego potius rogo d.d.Eckium.vt ꝓ Ecclana modeſtia. quam iactat.parcat tot milibus ſanctorū.cum vſqꝫ ad noſtra tempora durarit eccleſia greca.et ſine dubio vſqꝫ hodie durat ꝛ durabit.Non eñ Chriſtus accepit mediū terre Romane. ſed omnes fines terre in poſſeſſionem et hereditatem a patre pſalmo. 2.

¶ Ad ſeptimā quod ex Hiero:de ſūmo ſacerdote oppoſuit. meā reſponſionē dixit eſſe euaſionē.ideo confirmaturus dictum ſuū adiecit.Cur beatus Hiero: Damaſum piſcatoris ſucceſſorem dicat. et cathedre Petri vult aſſociari:illud diuinū citās.Matth: 16.Sup illā petrā fundatā eccleſiam ſcio.qđ ita reliquis eccleſijs appꝛiari non pōt.et deiñ complorauit hieroſolymitane.Antiochene Alexandrine.tandē et Boemice caſum.ꝛ ꝙ eodē Hiero:teſte apud ſolos Romanos incorrupta patrū ſeruaret auctoritas.Reſpondeo et rogo d.d.Egregiū velit dicta prīm allegare ſecundū conſcientiā. ne pro theologis videamur eſſe ſophiſte nam ſummū ſacerdotem eo loci Hieronymꝰ appellat epiſcopum quēlibet etiam.vt qui de numero reliquorū ſacerdotum ſit eleuatus.ideo nihil ꝑtinet proprie ad Ro:pōtificem Deiñ illa auctoritas Matth:16.nō appropriat Ro:eccleſie tm̄ qđ expreſſe indicant verba Chriſti cū dicit. Eccleſiā meā.quecūqꝫ ergo eſt eccleſia.eſt edificata ſupra petrā et non ſolum Romana.Aut ſi non cōuenit ceteris eccleſijs hoc verbum. Romana eccleſia erit ſola.et ꝑconſequens non prima. Quare vnitas eccleſie non ab vnitate primatus Romani. ſed longe melius iuxta apoſtolū Ephe:4.ab vnitate fidei.baptiſmatis.domi. pendet.ſicut et frequēter Cyprianus in epiſtolis ſuis ſentit. Nec manſit apud Roma:ſolos incorrupta patrū auctoritas.niſi forte eo tpe quo ſcripſit Hiero: immo tradūt hiſtorie Liberiū Roma:ponti:ꝯceſſiſſe Arrianis.et illud Hiero: in viris illuſt: ſcribit Qđ Achacius ceſarienſis epiſcopus Arrianus Euſebij Arriani diſcipulus auctoritate conſtantij imꝑatoris ordinauit felicem in Romanum pontificem.

¶ Octauo.confutans auctoritatē Hiero:a me inductā ad Euagriū. Dicit ſe ſciuiſſe om̄es eiuſdē meriti . eiuſdemqꝫ ſacerdotij om̄es epiſcopos fuiſſe ꝛ eſſe. ſed papatū eſſe ordinem vltra Epiſcopatū. ſed non euicit reſponſionē meā.qr Hierony:ſublimitatē ꝛ inferioritatē epiſcopoꝝ non iuri diuino.ſed cōſuetudini et potētie diuitiaꝝ tribuit. Jdeo adhuc maneo cum Hieronymo.

¶ Ad nonū. Sup canonē.99.diſt.dicit ſibi non apparere in eccleſia primitiua fuiſſe talem ꝯfuſionē.vt epūs a ſacerdote non ſepareť.Rñdeo.Quid hoc ad me pugnet cum Hiero:et canonibꝰ. ꝙ aūt Dionyſiū inducit inter ſacros ordines Epiſcopatū recenſere. miror ꝙ non etiam inducit ex eodem auctore Romane eccleſie monarchiā. cum habeat tantū momenti ad Hierarchiā.vt ſine hac ſimilitudo triūphantis eccleſie conſiſtere non poſſet. Decuit aūt ꝓfeſſorem ſcribende hierarchie argumento ſuſcepto ꝑſertim in ꝑſtantiore eius parte ſatiſfacere.At Dionyſius vſqꝫ ad epiſcopū ſolum deducit.

¶ Ad decimā ad Canonē.99.diſt.vbi reſpondi ꝓhibitum fuiſſe ne Ro:pont: vniuerſalis eccleſie epiſcopus appellareť.cōfutauit in hūc modū. Non ꝙ Ro: pontifex non ſit primus et ſummꝰ.ſed ꝙ epiſcopus peculiariter Roma:eccleſie

non ſit proprius cuiuſlibet eccleſie epũs. Reſpondeo. quaſi vlli mortaliũ poſſit
iam ſtultus incidere affectus . vt vna pſona velit om̃ibus eccleſijs et ſingulis
peſſe. vt tantã inſaniã neceſſe fuerit phibere. Tñ relinquẽs hãc cõfutationem,
rectiorẽ dedit . ſcꝫ non epiſcopũ vniuerſalẽ. ſed vniuerſalis eccleſie epiſcopũ eũ
Romã: pontificẽ dicendũ. Niſi pcerem et ego ſuſpenderẽ et hanc ſolutionẽ. ſed
iudicent Judices et auditores.

¶ Ultimo ad auctoritatẽ Chriſti vbi dixit. vos aũt non ſic . dixit ambitionem
fuiſſe redargutã. ſed non primatum. Reſpondeo hec eſt peticio principij. quaſi
iam obtinuerit eſſe ſcꝫ principatũ. Deinde clarus eſt textus ꝙ non tm̃ ambiti-
onẽ. ſed ipſam maioritatẽ ſup ceteros prohibuit.

## Eckius.

¶ Ad defenſiones ſolutionũ a reuerendo patre datarũ. Dico de primo. Non
increpaſſe Paulũ eos qui dixerant ſe eſſe Petri q: habuiſſent intentionẽ prin-
cipatus aploꝝ . ſed quia ſingularitatẽ aſpiciebant pſonaꝝ. Quod verba ipſa
clare indicãt diuiſionis et ſchiſmatis. Et quanq̃ꝫ merito Paulũ pferat Hiero-
nymo: tamẽ credendũ eſt Hiero: eo loco ſententiã Pauli bene intellexiſſe. Nec lo-
cus eſt ambiguus ob id caput in eccleſia cõſtitutũ. vt ſchiſmatis tolleret oc-
caſio. Qd grãmatico ſatiſfecit lectori quã diſciplinã precipuã pre alijs ptibus
phie. theologie ſubſeruientẽ dixit in diſputatione quadã reuerendus pater.

¶ Secundo Nemo negauit Chriſtũ Johan: 5. equalitatẽ cũ patre affirmaſſe
niſi Arrianos. neqꝫ alio ſenſu inducit Bernhar: Sed ꝙ reuerendus pater ar-
bitrat̃ ſanctos patres ſanctã induxiſſe ſcripturã locupletande orõnis gratia.
reſpuimus qm̃ talem oſtentationẽ de eis ſuſpicari non licet.

¶ De tertio. de papa mortuo tunc eccleſiã eſſe acephalan Dico nunq̃ꝫ negatũ
Chriſtũ eſſe caput eccleſie iuxta etiã gloſſam Canti. 5. caput eius aurũ optim.
Gloſſa caput. i. Chriſtus Papa vero eſt eius vicarius. In cõſiſtorio aũt epũs
et vicarius computant̃ p vna pſona. vnde appellare a vicario ad epm̃ nõ licꝫ.

¶ De Cardinalibꝰ vero dixi ꝙ nũc. hoc eſt iuxta eccleſiã iam inſtitutã. electio
ad cardinales venerit Nicolao quodã pontifice ordinante. tñ tpe Hiero: fuiſſe
Cardinales credo. niſi Hierony: non fuerit preſbyter cardinalis.

Marti: reſicit Hiero: non fuiſſe Cardi:

¶ Quarto de Cypriano. Certe fieri nõ poteſt vt ſancti martyris verba in Ro-
mane dioceſis anguſtias coartet. Quia epũm maxim ex Numidia q̃ regio eſt
Affrice vltra Atlantẽ. vt Ptolo: ꝛ Strabo auctores ſunt ad Romã aduentaſ-
ſe runt Qd vero Cyprianus Corneliũ fratrẽ apellauit. arbitror collectoris fuiſſe
non Cypriani mentẽ. Nam ſi ſanctoꝝ epiſcopoꝝ epiſtolas legerimus. inueni-
emus clare ea tempeſtate vſitatiores fuiſſe conſcriptiones illas laudabiles et
magnificas q̃ꝫ modo fiat Romano Pontifici. vt de Ambroſio. Auguſtino.
Hilario ceteriſqꝫ liquet patribus. Nam mutuo ſe vocant beatiſſimus. ſanctiſ-
ſimus. deo amabiliſſ: ꝛc. Ad adiunctũ. Cauſatur ꝙ querã diuerticula et ad rẽ
non ptinentia. cum bona vinea libenter dicerem. Turpe eſt doctori ꝛc. petit a
me vt pbem Petrũ ordinaſſe aliquẽ apoſtolũ . ſed hoc ad inſtitutũ noſtrũ eſt
impertinens. Non eñ querimꝰ quis vnũ aut alterũ ordinauit. ſed quis primatũ
ſup alios a dño Jheſu accepit. Subſequẽs om̃ino reſpuo. cũ huiuſmodi fecit
illationẽ Petrus nullum potuit ordinare apoſtolũ. quare nec ſucceſſor Petri
ſucceſſorẽ alterius potuit ordinare . vl̃ ſup eo habere poteſtatẽ . Nã aſſumptũ
eſt verũ. illatũ eſt manifeſte falſum. cum ſummꝰ pontifex modo poteſtatẽ ha-
beat et ordinet alios epõs. Uerũ ratio enodandi, nodũ erit iſta. ꝙ apoſtolatꝰ
officiũ fundamentũ eccleſie . plus dicit q̃ꝫ eſſe epiſcopũ. Quare Leo decimus
ſucceſſor eſt Petri apoſtoli. non aplus. Sed ꝙ fatetur Petrũ bene fuiſſe pri-
mũ apoſtolũ numero et honoris prerogatiua et non poteſtatis. illud non ſatiſ-
facit inſtituto. Primo q: Euangeliſte numeꝝ apoſtoloꝝ non equaliter incepe-
runt. ſicut Chryſoſtomꝰ ſup Mattheo annotat ꝛ gloſſa videatur Matthe. 10.

D. Martinꝰ dixit citra Atlantem

Deinde quod de poteſtate et honoris prerogatiua variat. expreſſe eſt contra ſanctū martyrē Cyprianū. qui in tractatu de ſimplici: prelatoꝝ contra Nouacianū loquens de diaboli aſtucia. increpat eos qui velut iuſticie miniſtri aſſerūt noctem ꝓ die. interitū pro ſalute. deſperationē ſub obtutu ſpei ꝑfidiam ſub pretextu fidei. et infra et q̄muis apoſtolis omībus poſt reſurrectionē ſuam parem tribuat poteſtatē et dicat. Sicut me miſit pater ꝛc. tamē vt vnitatē manifeſtaret. vnitatis eiuſdē originem ab vno incipientē. auctoritate ſua diſpoſuit. hoc erant vtiq̄ et ceteri diſcipuli qd̄ Petrus. pari conſortio prediti et honoris et poteſtatis. hoc ponderandū. Sed exordiū ab vnitate ꝓficiſcit vt eccleſia vna eſſe monſtret. et infra. Hanc vnitatē qui non tenet legem dei non tenet. non tenet pr̄is et filij fidem. vitam non tenet et ſalutē. Hec notatu digniſſ: Cypriani verba. qui inter p̄rogatiuā honoris et poteſtatis apoſtolos non variat.

¶ Ad quintū de electiōe. Dico vt prius. nichil nos diſputare de modo eligēdi. ſed de qualitate aut potius quātitate ipſius electi. quare conciliū Nicenū non fuit conciliabulū. Sed que factū et conuerſationē reſpiciūt pro tpis. ꝑſonarū et locorū. qualitate mutari poſſunt vt in multis canonib: videmus.

¶ Ad ſextū q̄ obſeruand9. d. d. vti dialecticū opponit me finxiſſe diſtinctionē de duplici ortu. iam audiuimus Cyprianū et loquat̄ ꝓ Ecclīo. cui non tm̄ ſuppetit ingeniū vt noua fingat. ſed vetera ſanctoꝝ dicta pro virili explanat. Dum vero oīm dat michi ſacerdotē Chriſtū primo Cypriani attentionē nō aſſequit nec Hiero: qm̄ Petrū primū apoſtoloꝝ conſtitutū volunt. vnde reliquoꝝ ſacerdotū poteſtas defluat Non quidē interius ꝯferendo quod Chriſti eſt velut capitis. ſed poteſtatē Eccleſiaſticā cōmunicando.

¶ Septimo. q̄ deſyderat Ecclīanā modeſtiam Grecos et orientales pro dampnandis iudicantē. Rn̄deo Grecos longo tp̄e nō ſolum fuiſſe ſchiſmaticos. ſed hereticiſſimos. vt tot erroꝝ cumulus et ꝑuicaꝝ obſtinatia teſtatur Clementi: de ſum: trini: vt de ſpū ſancto de confeſſione. de trium Euangeliſtaꝝ falſitate. et innumeris alijs. quāuis ſepe fictam fecerint Roma: eccleſie obedientiā. vt in concilio Florentino Eugenij quarti tpib: factū eſt. Quare ſi pauci Chriſtiani apud nos multoꝝ ſententia. ſaluari debent. quāto magis pauciſſimi aut nulli in Turcia ſaluantur? niſi Religioſi aliqui et eis adherentes qui Romanam tenent obedientiam.

¶ De octauo. Rogat reuerend9 pater vt auctores allegē ſcd̄m ꝯſciam. in quo nihil heſitet. Vellem q̄ eos adducere poſſem etiā ſcd̄m ſcientiā. At Hiero: agnoſcere Damaſum velut ſummū pontifice. nulli poteſt eſſe dubiū. Sic quoq̄ eccleſiā vl̄em eſſe fundatā ſupra petram nemo ambigat. Sed petrā illum eſſe Petrū et eius ſucceſſores alio tempore probabo.

¶ Sugillat tamē non nihil Hierony: cum dixiſſet apud vos ſolos incorrupta prima omīno ſeruat̄ auctoritas. Quaſi et Romani ponti: nō fuerint ſine neuo Si ad tpus Hiero: refert. Liberius et Anaſtaſius eum preceſſerūt. Hoc dico q̄ merito in mētib: fideliū eſt admirandū nullū Ro: ponti: quantū cuiq̄ malū: vel errantē definiuiſſe iudicialiter et ex conſtituto. q̄ vnq̄ meminerim qd̄ eſt ꝯ fidei Chr̄iane mandata q̄muis facto ipſo ſepe errauerint. imo talia iudicia erronea. facere attentarūt. Ubi diuino quoq̄ correpti ſunt iuditio. vt de Leone Arriano aduerſante Hilario. vt de Anaſtaſio can: Anaſtaſius. 19. diſt.

¶ Ad nonū. de canone legim9. 93. diſtic: forte reuerend9 pater me non intellexit Nunq̄ venit mihi in mentē papatū eſſe ordinē vltra ep̄atuꝫ. ſed dignitatē. Qd̄ vero dicit mihi bellum eſſe cū Hiero: et canonib: dixi quid ſentiam. prefero hoc loco Dionyſij auctoritatē velut ſenioris. At cū rhetoricet reueren: pr̄ de Dionyſio. Cur nō monarchā eccelefie deſcripſit. immo vltra ep̄atum nō ꝓgrediat. facile eſt qd̄ dicam. Dionyſius em̄ ſacramenta eccleſie ꝯſtringit. papatū aūt cū ordinē eſſe negaueri. ep̄atus inter ordines oīm ꝯſenſu ſupmū obtinebit locum.

¶ Decimo. qđ neminẽ tam inſanũ exiſtimat qui crediderit aliquem eſſe epiſco-
pũ propriũ ſingulis eccleſijs. quid eſt quod ego cõqueror. niſi quod ſtultorum
et qui ſingularitati ſtudent. infinitus eſt numerus. legat Reuerendus pater
Alpharum de planctu eccleſie. Johannẽ de turre cremata in ſumma eccleſie
Uuilhelmũ de Ocken in dialogo. et inueniet homines quoſq́ȝ illius fuiſſe inſa-
nie. Qđ vero ſuſpendere vult ſolutionem nr̃am de eo qđ dixi Papam vniuer-
ſalis eccleſie pontificem melius q̃ȝ vniuerſalem epiſcopũ. feci hoc diui Bernh:
auctoritate ꝛ ſummorum pontificũ conſuetudine ait em̃ Bern: lib: 2. de cõſidera:
ad Euge: col. 7. Nempe ſignũ ſingularis pontificij Petri ꝛc. infra ita cũ quoſq́ȝ
ceterorũ ſuã hȝ eccleſiã tibi vna cõmiſſa eſt. grandiſſima nauis. facta ex om̃ibus
ipſa vniuerſalis eccleſia toto orbe diffuſa.

¶ Ad decimũ. verbo Chriſti nõ ſatis factũ luce. 22. quaſi ſit cõmentũ meum
at non ſine auctore loquor adduco et Richardũ Armacanũ lib: 7. c. 3. de queſ-
tionib: Armeniorũ. locũ iſtũ ita intelligentem. beati Leonis auctoritate. Et qđ
hoc ſit verũ. verba indicant et qui maior eſt inter vos ꝛc. Ergo p̃ſupponebat
Chriſtus aliquem eſſe maiorẽ. quis aũt eſſet maior nõ tunc indicauit. ſed poſ-
terius. cum Petro diceret. de demone eos expetente. ꝛ quõ rogaret pro eo. vt
cõuerſus confirmaret fratres ſuos. vbi maioritatẽ eius declarauit.

## Martinus Luttherus mane hora. 7. die Martis que erat. 5. Julij.

¶ Confutatur⁹ reſpõſionẽ. egre: d. d. in cauſa ad illud. 1. Co. 3. Quid eſt Pau-
lus? quid eſt Cephe? dixit ibi non eſſe intentã principalitatem ſed ſingularitatẽ
perſone. idq́ȝ indicari p verba ſchiſmatis. Reſpondeo me plus mouet ipſe tex-
tus Pauli q̃ȝ tam violenta et extorta diſtinctio. que nulli prorſus nititur auc-
toritati. cum tñ velit e diuino iure arguere. clarũ eſt aũt contentionẽ eorũ fuiſſe
de p̃ſtantia vel principalitate pſonarũ. qđ indicat ipſa conferatio Pauli p tas
pinoſes et compationes vrgens et dicens. quid eſt Cephe? quid Paulus? Mi-
niſtri p quos crediſtis. Itaq́ȝ qui plantat ꝛ qui rigat vnum ſunt. Neq́ȝ qui
plantat eſt aliquid neq́ȝ qui rigat eſt aliquid. ſed q̃ incrementũ dat de⁹. in quo
manifeſte detrahit perſonam. i. occaſionẽ ſchiſmatis. Quomõ ꝛ ad Galatas
2. cum titulo p̃ſtantie Petri ꝛ aliorũ Apoſtolorum Galate eſſent ſeducti. audet
et dicit qui videbantur quales aliqñ fuerint id eſt. q̃ȝ magni. nihil mea refert.
Deus em̃ perſonã hominis nõ accipit. quaſi diceret. ſiue Petrus vel quicũq́ȝ
apl̃us primus vel vltimus ſit. nihil ad rẽ. Uellẽ ḡ egre: d. d. ſcripturas rectius
legeret añq́ȝ ſic allegaret. Stat ergo qđ primatus iſte ſeu pſona nihil ptineat
ad eccleſiã de iure diuino ſaltem. trãſeo illud q̃d Hieronymũ dicit Pauli ſentẽ-
tiã intellexiſſe. Itẽ ꝛ illud qđ conceſſit Johãnis. 5. Itẽ ꝛ illud de plebea ratiun-
cula tranſeo. q: non eſt confutata. Qđ de epiſcopo ꝛ vicario in conſiſtorio ad-
duxit. nihil ad rem eſt. Mea ratio hoc voluit. ſi eccleſia nõ eſt acephala mortuo
papa nec acephala nullo Papa. tranſeo illud de Cardinalib⁹ q: om̃ib: notum
qñ ceperint. Tranſeo et illud de Cypriano. q: ex ꝓpria ſaltua d. d. dixit neſcio
que de numidia vltra Atlantẽ. que non eſt in rerũ natura. Et illud quod Cor-
nelius frater appellatur a Damaſo tranſeo. q: non confutatum eſt. licet dictũ
ſit qđ honeſtiſſ: titulis ſe honorauerit. vt beatiſſ: ſanctiſſ: appellãdo. Nã ꝛ hoc
ego dico. Non aũt ſoli Romano pontifici. ſicut hodie ſic ſcribebatur. hoc em̃
ꝓbandũ erat. Tranſeo ꝛ illud qđ dixerit impertinens eſſe ad inſtitutũ. an Petr⁹
apoſtolũ aliquẽ ordinaret Quia hic vnicus neruus eſt ꝛ inuict⁹ ꝯtra d. Eckiũ
ideo non inconſulte tranſit ne irrecupabiliter impingat. Item admitto q̃d ex
Martyre Cypri: adduxit de honore et poteſtate equali apoſtolorũ. et accipio
tanq́ȝ gratiã mihi factã a d. d. Simili cura qđ tranſijt a Niceno concilio et a
Cypriano deſcriptã eccleſiã epiſcoporũ. placet quia nõ põt confutari. Qđ aũt
reperijt de diſtinctione ortus ſacerdotalis. vnde patet qđ intentio Cypriani ſit

de deſfluxu poteſtatis ſacerdotalis. q: nihil dixit niſi ſua verba. apud me nihil concludit. Illud quoqꝫ magis attendendum qđ grecos hereticiſſimos auſus eſt appellare ſatis modeſte. cū in vniuerſa eccleſia nulla ps dederit plures excellentiores ſcriptores q̄ꝫ greca. Nā qđ toties mihi ſubmordens Bohemiam obꝓperat. aliaſqꝫ calūnias intertexit. ad ſophiſtas relego. indigniora ſunt q̄ꝫ vt in graui ⁊ theologica diſputa: memorentur nedū obijciantur. Quare illud Matthe: 16. Sup hanc petrā ⁊c. Videamus. Ubi dico. aut petra ſcat hoc loco poteſtatē vel fidem (confido em̄ dn̄m d. nūqꝫ ſatiſfacturū ſue ꝓmiſſioni qđ petra ſcet Papam ſeu ſucceſſorē Petri) ſi poteſtatē. ſupflue dicitur infra. tibi dabo claues reg: ce: i. poteſtatē. niſi dixeris poteſtatē poteſtati traditā. Deide ſi oino poteſtatē ſcat. eadem erit oim eccleſiarū. q: dicit ſup hanc petrā edifi: eccleſiā meā. nō Romanā tm̄. Aut ſcat fidē (qđ verū eſt) iterū eadē eſt fides oim eccleſiarū. ita patet qđ hoc ſolū ꝓnomē meā cōmunē facit petrā. quicqđ ſcetur ꝑ petrā. Ideo frigidiſſime inducūt hanc auctoritatē decreta Pontificū ꝓ ſingularitate principatus. que tn̄ conſtant defendūt cōmunitatē Petri. Et ſic cōcordat cū apoſtolo ad Ephe. vna fides. vnū baptiſ: vnꝰ dn̄s. Nō em̄ vt b. Hiero: ait ad euagriū alia fides Ro: eccleſie. alia Britānie et totius orbis ita nec alius Chriſtus. nec alia petra ꝙ ſi eadem fides et idē dn̄s. ⁊ idē baptiſma omniū eccleſiarū ſequit ꝙ etiā eadē omnia reliqua que ad fidē ⁊ ad baptiſma ⁊ ad Chriſtum ſequuntur.

¶ Ultimo ex Richardo amarcano interꝑtatus eſt verbū Chriſti de ambitiōe nō de maioritate. q: inquit p̄ſupponebat Chriſtus eſſe vnū inter eos maiorem licet nō indicarit quis eſſet. Reſpondeo quicquid ſit de amarcano. ꝓualet clariſſimus textus obſcuro autori. q: ſcribitur qđ cōtentio facta ſit inter eos quis eorū videretur eſſe maior. ⁊ Chriſtꝰ. qui vult inter vos eſſe maior. ſatis indicat nullū ſuppoſitū fuiſſe. eſſe maiorē. ⁊ ex cōſequentia textus patet. ꝙ noluit vllū eſſe maiorē ⁊c. Qđ aūt ꝓ cōfirmatiōe ſua induxit illud Luce. Rogaui ꝓ te Petre. ⁊ tu confirma. pro me valet. quia fratres Petri Petro confirmandos precipit. non maioritatem.

## Eckius.

¶ De apoſtolis quod attulit Reuerendus pater vt ſemel dicam. ex Cypriano audiuimus ⁊ Hieronymo qđ ⁊ ſanctꝰ martyr ⁊ Papa Anacletus teſtat canone in nono diſt: 21: Equales fuiſſe eos in apoſtolatu qđ nemo negat. At equalitas illa apoſtolatus nō p̄iudicat primatui ⁊ principatui. niſi impudenter dicatur ſanctū Martyrē Anacletū in eodem decreto ſibi cōtradixiſſe. Quod vero tm̄ ponderis ⁊ p̄ſidij locat in ordinatiōe apoſtolorū. ſcio qđ Paulus ingenue ſcripſit poſtqꝫ aſcenderit Hieroſolymā nihil ſe recepiſſe ab ijs qui videbantur aliquid eſſe. verū ſi neruus iſte tam inuincibiliter Eccium ligare debet. vtatur eo cum copiam opponendi habuerit. Sed quod gratiam ſibi factam ait ex Cypriano. apoſtolos pari conſortio p̄ditos honoris et poteſtatis. ſi iſtam appellat gratiam ſolutiones ſuas interimere. paratus ſum ſepe ei talem gratiā exhibere. Nam diſtinxerat reuerendus pater Petrū fuiſſe priorem prerogatiua honoris non poteſtatis Cyprianus in vtroqꝫ eos equiparat.

¶ De numidia quam ait eſſe inter Mauritaniam ⁊ quod attulit negotium eſt impertinens et diu Coſmographicū negotiū non agens. non omniū etiam memini. hoc ſcio Mauritaniam Turganicam et ceſarienſem ab Atlante vergere vſqꝫ ad mare. neqꝫ Atlantē poni terminū affrice. ſed affricam ꝓ magna ſui parte diuidere ad plures gradus. ſufficiat venientes ad Cornelium ex numidia non fuiſſe de dioceſi Romana. ſed primam adijſſe eccleſiam. Ob id mulcta ſtat adhuc Cypriani illa ſententia nondum ſoluta. De influxu miror ꝙ affert verba mea fuiſſe. cum Cyprianum contra nouatianum adduxerim. ad quem reuerēdus pater nihil reſpondit. De grecis fateor eos olim fuiſſe Chriſtianiſſimos.

⁊ doctiſſ:cū Romanā eccle: primā appellabāt ſedē. ſed ſupbia elati et inuidia
infecti ab obedientia Romane ſedis ſe ſubtrahentes in peſſimos inciderunt
errores et ſimul fidem cū impio pdidere. Quod vero diuinaꝛ me nō exhibiturū
pollicita et argumentū fecit ex Math:16.c. Miror venerandū patrē ſophiſtis
tam infeſtū et tñ. ſophiſtarū cautelis pulchre vtitur. Et cum ſit reſpondens ſe
ad ptem opponentis transfert. Quare nihil iam reſpondeo. ſed quod petit p
me pbari probabo. ne ſemp tēpus deliberandi ad ptes ſuas veniat. poſtremo
obſcurū doctorē Richardū Amarcanū reijcit illius oblitus ꝙ Richardū dixit
id facere beati Leonis auctoritate. Porro id ex lr̄a non euincit. quod petit con
tentione inter diſcipulos factam Chriſtus merito reprehendit Quare et verba
Chriſti ſic ſunt accipienda vt ꝯtentionē reprimant. primatū non auferant. Et
textū poſterius inductū credit reuerendus pater facere pro ſe. ꝙ Chriſtꝰ apo
ſtolos vocauerit fratres ⁊ ita eū nō fecerit maiorē. At ſi verba textus ponderas
ret. vti alias facere ſolet iam videret Petrum alijs apoſtolis ſuperiorē. cum
maior ſit ꝯfirmans cōfirmato hoc de ſolutionib: dictū. venio ꝗ̄ ad principale
qđ petit. probaturus primatū eccleſie Romane eſſe de iure diuino et ꝯſtitutiōe
Chriſti. ita qđ Petrus fuerit monarcha eccleſie a Chriſto inſtitutus cū ſuis
ſucceſſorib: p quo repeto rationē Bernhardi inductā et nondū ſolutā. Repeto
dictū Cypriani pariformiter. et tercio probo p illa verba Chriſti Matthei. 16.
Tu es Petrus et ſup hanc petrā edifi: eccle: meā. Ubi gloſſa ordinaria. ſpecia
liter illam poteſtatē Petro conceſſit vt ad vnitatē nos inuitaret. ideo em̄ eum
principē Apoſtolorū cōſtituit. vt eccleſia vnū principalē Chriſti haberet vica
rium. ad quē diuerſa membra recurrerēt. ſi forte inter ſe diſſentirēt. qđ ſi diuer
ſa capita eſſent vinculū vnitatis rumperetur. ita beatus Augu: in epiſtola ꝯtra
dona: expoſuit. Tu es Petrꝰ. ⁊ ſup hanc petrā. id eſt. Petrū edificabo eccleſiā
meā. Et q̄uis idem Augu: alibi expoſuerit ſup hanc petrā. i. Chriſtum ad
mentē apoſtoli. petra aūt erat Chriſtus. tñ in libro retracta: expoſitionis ſue
prime eū nō penituit. ita ⁊ beatus Hiero: libro primo ꝯ Pelagia: mihi colū. ſ.
ait quid Platoni ⁊ Petro. vt ille em̄ princeps philoſophorū. ita et hic Apo
ſtolorū fuit. Sup quē eccleſia dñi ſtabili mole fundata eſt que nec impetu flu
minū nec vlla tempeſtate cōcutitur. ita beatꝰ Ambroſius ſermo: 47. Petrum
dicit fuiſſe petrā. huic quoq; ſententie Chriſoſtomus aſtipulaꝛ ab initio eiuſ
dem capitis. Quid igitur Petrus inquit omniū apoſtolorū os vertex totius
conſortij. et infra. Sublimiora ipſum ſape fecit et eccleſie future paſtorem cō
ſtituit et poſt hūc vniuerſo orbi terrarū Chriſtus ꝑpoſuit. Fatetur hoc ſanctꝰ
martyr Cyprianus ad Corneliū papam dicens. Petrꝰ ſup quē edificata fue
rat ab eodem dño eccleſia. Unus pro omib: loquens. et eccleſie voce reſpōdēs
ait. Dñe ad quē ibimus ⁊c. propterea ſanctus Leo: 24. q. i. cum batiſſimus.
ingenue fatetur Petrū apoſtolū accepiſſe primatū eccleſie a dño. Ita omnes
conſentiunt ſancti Petrū a Chriſto primatū totius eccleſie obtinuiſſe. Iunios
res ꝑtereo. Bedā Bernhardū et ſimiles. loquaꝛ. S. papa et martyr Anacletꝰ
qui nō a quadringētis annis frigidiſſ: decreta cōpoſuit. ſed a mille ⁊ quadring:
annis ita intonat. ſacroſancta Romana et apoſtolica eccleſia nō ab apoſtolis
ſed ab ipſo dño et ſaluatore nr̄o primatū obtinuit. Sicut beato Petro apo
ſtolo dixit. Tu es Petrus et ſup hāc petr̄ ⁊c. et infra. hec aūt apl'ica ſedes ca
put et cardo: vt ꝑfatū eſt. a dño et non ab alijs conſtituta eſt. Transferibūtur
hec verba can. ſacroſancta. 22. diſt: ita ſanctus Marcellus. 4. aū Syluestrū
can. Rogamus. 24. q. i. ſcribit Epiſcopis Antiochenis licet prima ſedes fue
rit apud Antiochiā. poſterius dño iubente Romā translata eſt. Sic beatus
Julius. 3. q. 6. can: beatus Petrus a Chriſto teſtatur eccleſiam Ro: hr̄e pri
matū et eſſe caput aliarū eccleſiarum. Sic Pelagius papa non a quadringē
tis annis. ſed nongentis et. 28. ſanctorū patrū ſequutus ſententiam. verba

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Chriſti et ſuper hanc petram ꝛc. eodem modo accepit. hinc inter damnatos et peſtiferos errores Johannis wikleff damnatus eſt et ille. Non eſt de neceſſitate ſalutis credere Ro: eccleſiam eſſe ſupremã inter alias. Sic inter peſtilentes Johãnis Hus errores ille quoq; cõnumeratur Petrus nõ eſt nec fuit caput Ro: eccleſie ſancte catholice. Et alius nõ eſt ſcintilla apparẽtie qꝺ oporteat eſſe vnum caput in ſpũalibus regens eccleſiam qꝺ ſemper in militante eccleſia cõuerſetur. Et iſta papalis dignitas a Ceſare inoleuit. Et Pape prefectio et inſtitutio a Ceſare emanauit. Ita Bonifacius. 8. hereſen cõdemnans Lugdunenſium ꝯtra errorem eorũ decernit eſſe de neceſſitate ſalutis omnẽ humanam creaturã ſubeſſe Ro: pon: Ut ſup hoc habet decretalis vnam ſanctã. Johan: quoq; .zz. hereſim Marſilij paduani condemnans hunc quoq; reꝓbauit. b. Petrũ apoſtolum nõ plus fuiſſe caput eccleſie q̃ꝫ alios apoſtolos. Ita longa ſerie incipiendo a p̃mitiua eccl'ia ſemꝑ in ꝯfeſſo fuit apud bonos chriſtianos eccleſiã Romanã p̃imatũ obtinuiſſe a Chriſto non iure humano et populi cõſenſu. Fateo: qꝺ Bohemi in ſuorũ errorũ ꝑtinati defenſiõe illa cõmemorãt et his armis virulentis ſe defendũt. vt eſt videre in eorum oblatiõe facta in cõſilio Baſilienſi. et in alia diſputatiõe facta coram rege ⁊ optimatib: regni inter Raguſiũ et illũ iniquitatis miniſtrũ Johannẽ Rockenzcenã. vnde veniã ꝑcor a venerando patre ſi Bohemis (non loquo: de Chriſtianis ſed ſchiſmaticis) ſum infeſtus tanq̃ꝫ eccleſie inimicis et quod eorũ p̃ſti memo: ſum diſputatiõe q̃ñ et concluſio ipſa et ea que heri allata ſunt p̃imatum eccleſie iure humano conſtitutũ meo paruo et exili iudicio plurimũ fauent erro:ib: eorũ. ⁊ vt fama eſt de hoc plurimũ gratulantur. hec mõ in preſentia afferre libet auditurus reuerẽdi patris et ſententiam ⁊ allegatorũ ſolutionem.

## Martinus Lutherus.

¶ P̃imũ diluam cõtumeliã Quod me egre: d. d. inſimulat Bohemice factiõis ſtudioſum. ⁊ plane patronũ. parcat ei dñs. ꝑſertim in tanta corona tantorum viroꝝ. nũq̃ꝫ mihi placuit nec ineternũ placebit qꝺcũq; ſchiſma iniq̃ faciũt Bohemi qꝺ ſe auctoritate ꝓpria ſepãt a nr̃a vnitate. etiã ſi ius diuinũ ꝓ eis ſtaret. cũ ſupmũ ius diuinũ ſit charitas et vnitas ſpũs. hoc ego queſiui ſolũ et rogo quelibet bonũ Chriſtianũ dignetur chriſtiana charitate ꝑpendere. an non ſit longe impudentiſſ: iniquitatis tot milia martyrũ et ſanctorũ. ꝑ annos mille et quadringen: in greca eccleſia habitos extra eccleſiam eijcere. et nũc demũ etiã regnantes in celo velle deturbare. Nã ſi etiam inſaniant omnes adulatores Roma: pontificis negare nõ poſſunt eccleſiam Chriſti fuiſſe. zo. annos fundatã coronatã ꝑ multam orbis terrarũ ꝑtem. anq̃ꝫ Roma: eccleſia fieret ex Petro. vt clariſſime patet ex epiſtola ad Gala: vbi ſcribit Paulus ſe poſt tres annos veniſſe ad Petrũ. deinde poſt quattuo:decim annos iterum aſcendiſſe ad Petrũ. qui ſi cõferantur. inuenientur ferme decẽ et octo anni poſt aſcenſionem Chriſti. q̃ñ Petrus adhuc erat Hieroſolimis. vt taceã annos quib: ſedit Anthiochie. vt non poſſit dici Ro: eccleſiam eſſe p̃imam et caput iure diuino Jam illud magis vrget qꝺ greca eccleſia vſq; ad noſtra tempa nũq̃ꝫ accepit epiſcopos ſuos cõfirmatos ex Roma: Ideo ſi fuiſſet ius diuinũ per tantum tpus om̃es epiſcopi Alexandrie Cõſtantinopolis aliquot ſanctiſſimi. vt Gre: Nazan: et ceteri q̃ꝫ plurimi eſſent damnati. heretici. et Bohemici. Qua blaſphemia nihil poteſt deteſtabilius dici.

## Ad argumenta ſolutionũ.

¶ Q̃ñ egre: d. d. dicit equalitas ap̃l'atus nõ ꝑiudicat p̃imatui. ⁊ adducit ſctiſſi mar: Anacletũ diſt: z1. Can: in Noua teſta: dico breuiter hoc eſt vnũ de frigi: decretoꝝ qꝺ ĩpugno. nec vll⁹ mihi ꝑſuadebit hoc decretũ eſſe h⁹ ſcti pon: ⁊ mar:

## Ad Secundum.

¶ Nõ poſui vim in ordinatiõe ap̃l'oꝝ de quo in opponendo videbimus.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

¶ Tertio ꝙ Cyprianū induxit equiparantē apoſtolos tam in honore ꝗ̄ in po-
teſtate. cum ego dixiſſem beatū Petrū honore fuiſſe priorem. libentiſſime ad-
mitto et ſi opus eſt libenter errare volo. modo. d. d. obtineat hoc pro veritate.
et dicat poſtea. vbi poſtea maneat principatꝰ.

¶ Dico tamen ꝙ equalis eſt honor apoſtoloꝝ ad alios. verum inter ſe merito
Petro primū locū dederūt. vnuſquiſqꝫ em̄ apoſtoloꝝ in ſua ſorte. et ſicut vnuſ-
quiſqꝫ epiſcopus in ſua dioceſi equalē habet honorē.

¶ Qḋ exprobrat me nihil reſpondiſſe ad Cyprianū. queſiui epiſtolā et non in-
ueni. Tamē ſatis reſponſum eſt ex precedentibꝰ ꝙ Cyprianus cuilibet eccleſie
tribuit ſuū caput ꝑ multas epiſtolas. Hij qui fuerunt ex Numidia nō ꝓbant
ius diuinū eſſe ſed factum oſtendūt. ſicut in ſimili Achacius de facto cōſtituit
Foelicem Roma: pont: qḋ dictum eſt heri. Immo Epiphaniꝰ epūs Cypri de-
poſuit maiorē epūm Conſtantinopolitanū ſcꝫ Johan: Chryſoſt: vt eſt in tri-
par: hiſt: Non tamen ex facto iſto factum eſt ius et multa alia exempla.
Satis miror d. egre. d. inſtituiſſe ꝓbare ius diuinū et vſqꝫ hodie ne vnam qui-
dem ſyllabā ſcripture inducit. ſed tm̄ dicta et facta patrū. eademqꝫ ſibi ꝑſpſi re-

¶ Qḋ grecos olim fatet Chriſtianiſſimos fuiſſe poſtea recedētes (pugnātia
ab obedientia Roma: eccleſie fidem cum impio ꝑdidiſſe. idem eſt qḋ heri dixit
eadem auctoritate Eccīana. preualuiſſe aduerſus eos portas inferi. ſic tractās
ſcripturas. vt intelligat ꝑ preualentiā inferoꝝ terrene vite vel rerum amiſſionē.
belliſſima gloſſa certe. quaſi non potuerit fides manere amiſſo impio. et ita li-
ceat diuinare ꝙ nulli ſint Chriſtiani in grecia q: nullū impium. Eadem ratiōe
dicet et martyres ab inferis eſſe ſuperatos.

¶ Exꝓbrat etiam dicens ꝙ ex rn̄dente factus ſum opponens. gratus accipio
monitionē. At hoc ideo fecerim vt tpus haberē deliberandi Non ſunt tanta
Eccīana fulmina (. vt et ego quid glorier.) vt neceſſaria ſit mihi deliberatio.
Illud etiam ꝙ Richardus amar: non ſua ſed Leonis auctoritate verbū Chri-
tractauerit. parum mouet. Oſtendat ipſe ex ipſo textu. hoc eſt iure diuino
propoſitū et ero contentus.

¶ Ad vltimū vbi ſic rōcinatur confirmans eſt maior cōfirmato. ergo Petrus
maior apoſtolus. forte ꝙ ex Ariſtotele putet agens ſuo paſſo eſſe preſtantius.
Sed argutabor et ego plane Ariſtotelice. Confirmās eſt bene maior ꝑ ſe. ād
per accidens bene minor. niſi fortaſſis cōfirmationē hic intelligat ſacramentū
cōfirmationis. qḋ non credo. Alioquin non rarum eſt ſuperiorem ꝑ inferiorem
adhortari conſolari. cōfirmari. hoc ad confutationes eius. Ad principale.

¶ Ad principale accedens ꝓbauit Petrū eſſe monarchā iure diuino. ⁊ hoc eſt.
auctoritate Bernhar: ſuperius inducta. Cypriani Hiero: Ambro: Chryſoſto:
Auguſtini. Deinde oim̄ ſanctoꝝ conſenſu. Item multis decretis ⁊ decretalibꝰ
diuerſoꝝ pontificū. Rn̄deo d. d. Eckius voluit iure diuino probare. et moꝝ ſui
oblitus incidit in auctoritates patrū. quas ꝓ maiore parte iam tractauimꝰ.
et vidimus eos in diuerſis locis diuerſa aliqn̄ ſenſiſſe. ⁊ multo plures et ſepius
pro me ꝗ̄ pro d. d. Eckio.

¶ Secundo videamus tamen per ordinem.

¶ Prima Bernhardi ſuperius ſatis eſt diſſoluta. ꝙ videlicet non ꝓbat. ſed ſua-
det tantūmodo. eo ꝙ nitatur in alieno ſenſu ſcripture. vt ipſemet. d. conceſſit
doct. Similiter ⁊ Cypriani auctoritas de pricipalitate et de ortu ſacerdotalis
vnitatis ſatis viſa eſt.

¶ Tertio ꝓbauit ꝑ illa verba. Tu es petrus et ſuꝑ hanc petrā ⁊c. Que Augu-
ſtinus expoſuerit. Suꝑ hanc petrā. i. Petrū. et hanc non retractauerit: Rn̄deo qḋ
ad me? Si vult pugnare contra me conciliet ipſe primū dicta cōtraria. Certū
eſt em̄ Auguſtinū ſepius expoſuiſſe petrā Chriſtū ⁊ fortaſſis vix ſemel Petrū.
ideo plus pro me ꝗ̄ contra me facit.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

¶ Qđ ſi etiã Auguſt: et oẽs patres Petrũ intellexerũt per petrã. reſiſtam eis ego vnus auctoritate apoſtoli. i. diuino iure. qui ſcribit. i. Corin: 3. fundamẽtũ aliud nemo ponere poteſt preterq̃ qđ poſitũ eſt qđ eſt Iheſus Chriſtus. Et auctoritate Petri. i. 2. vbi Chriſtũ lapidem viuũ et angularẽ appellat. docẽs vt ſuperedificemur in domũ ſpũalem. Alioquin ſi Petrus eſſet fundamentũ eccleſie. lapſa fuiſſet eccleſia ad vni⁹ ancille oſtiarie vocem. quã tamen nec porte inferoꝝ expugnare poterũt. Sequit̃ ergo q̄ ſancti patres q̃n Petrũ appellant petrã: hoc loco. vel humana patiunt̃. vel aliquẽ alium ſenſum habent de quo non pnuncio. Ideo illud Ambroſij dicentis Petrũ eſſe petrã facile admitto. cum ⁊ quilibet Chriſtianus ſit petra ꝓpter Chriſtũ. in cui⁹ ſoliditate firmatur et vnum cum eo efficitur. Q̃n aũt Chryſoſtomus Petrũ appellat paſtorẽ future eccleſie. et cõſtitutũ prepoſitũ vniuerſo orbi. ſum cõtentus. modo intelligatur iſta paſtura non totius eccleſie. ne Paulũ apoſtolũ excõmunicem⁹ qui multo plures eccleſias pauit q̃ Petrus. ⁊ Petrũ eſſe primũ in honore in toto orbe confiteor. et hoc etiam Chriſoſtomus tangit q̃n dicit eum eſſe verticem totius conſortij apoſtolici. Vertex nõ eſt caput verticis. ſed pars capitis. Immo aptius appellat eum apoſtoloꝝ os. qđ et Hieronym⁹ et Cyprianus aſſerunt. q: nõ in ſua pſona ſolum ſed omniũ apoſtoloꝝ et totius eccleſie audiuit. Tibi dabo claues ꝛc.

¶ Ad decreta nihil dico. que dixi frigidiſſima et preſertim iſtius Anacleti multũ iactati hac hora. q̄ bonus Chriſtianus non credat Anacleti eſſe martyris qui Cephas interpretat̃ caput ⁊ Roma: eccleſiam vocat Cardinẽ. In fine q̃n quidẽ adeo diſplicent Bohemi d. d. egregio: oſtendat memoriã et ingeniũ ſuũ ſcribat contra eos. Satis ego miror tam multos inueniri Bohemoꝝ criminatores et hoſtis. nullũ tamẽ eſſe qui fraterna charitate dignetur eorum erroꝛẽ confutare in gloriã Romane eccleſie.

D. Martinus petijt Eckium ne velit impingere tantã cõtumeliam vt eum Bohemũ faceret. q: ſibi ſemper inuiſi fuiſſent. ideo q̄ ab vnitate diſſentiant.

## Hora Secunda continuata eſt diſputatio. eadem. 5. die Iulij.

## Martinus Luther.

¶ Obiecit egre. d. d. in fine articulos wikleff et Iohannis Huß damnatos et Bonifaciũ damnatorẽ eorundẽ ⁊ Rñdeo ſicut prius me non velle nec poſſe defendere Bohemoꝝ ſchiſma. ſed grecã eccleſiã mille et quadringentoꝝ annorũ ſiue cũ ea ſenſerint Bohemi. nihil ad me. Certũ habeo q̄ nec Roma: pontifex nec oẽs eius adulatores poſſint tñ numeꝝ ſanctoꝝ ſub poteſtate Roma: pontificis nunq̃ agentiũ de celo deturbare.

¶ Secũdo et hoc certũ eſt inter articulos Iohãnis Huß vel Bohemoꝝ multos eſſe plane Chriſtianiſſimos et Euangelicos. quos non poſſit vñis eccleſia damnare. velut eſt ille et ſimilis. Qđ tñ eſt vna eccleſia vñis. hec enim agentib⁹ impijſſimis adulatoribus iniq̄ eſt damnata. cum oret vniuerſitas eccleſie. Credo in ſpiritũ ſanctũ. ſanctã eccleſiã catholicã ſanctoꝝ cõmunionẽ. Hunc nobiliſſimũ articulũ fidei inter articulos Iohan: Huß numerãt. Deinde ille. Nõ eſt de neceſſitate ſalutis credere Roma: eccleſiã eſſe alijs ſupioꝛem ſiue ſit. wikleff ſiue Huß nõ curo. ſcio q̄ ſaluati ſunt Gregorius Nazan: Baſili⁹ magnus. Epiphanius. Cypri: et innumerabiles alij grecie Epiſcopi. et tamẽ hunc articulũ non tenuerũt: nec eſt in poteſtate Ro: ponti: aut inquiſitorũ heretice prauitatis nouos cõdere articulos fidei. ſed ſcdm conditos iudicare. Nec poteſt fidelis Chriſtianus cogi vltra ſacram ſcripturã. que eſt ꝓprie ius diuinũ. niſi acceſſerit noua et ꝓbata reuelatio. immo ex iure diuino ꝓhibemur credere

niſi quod ſit probatum. vel per ſcrip: diuinam vel per manifeſtã reuelationem.
vt Gerſon etiam et ſi recentior in multis locis aſſerit. et diuus Auguſt: anti
quior pro ſingulari canone obſeruat dicens ad diuũ Hierony: Ego ſolis eis li
bris didici hũc honorẽ deferre qui Canonici appellant. ceteros aũt ita lego. vt
quãtolibet doctrina ſanctitateq; prepolleant. non ideo verum exiſtimẽ qꝛ illi ſic
ſenſerũt. ſed ſi ex libris canonicis vel ꝓbabili ratione mihi ꝑſuadere potuerũt.
Quinetiã ipſi Iuriſte de quib: minus videret in ca: ſignificaſti de elect: ſtatue
rint preualere vnius priuati hominis ſententiã tam pontifici Roma: q̃ Cõcilio
et eccleſie. ſi meliore auctoritate nixus fuerit. vel ratiõe. Ideo nihil eſt ꝙ d. egre:
d. volens ex iure diuino contra me arguere dimiſſo iure diuino. arguit contra
me ex collectaneis heretice prauitatis inquiſitoꝝ. Proinde iſta ꝓpoſitio Iohã:
Hus papalis dignitas a Ceſare inoleuit. ſi eſt falſa. eradatur Platyna in
vita Benedicti ſecundi. vbi ſcribit Conſtantinũ. 4. imꝑatorẽ Grecorũ ſanxiſſe,
ponti: Roma: eſſe vicarium Chriſti generalem. quãq; nec ſic ſit obſeruatũ a
Grecie epiſcopis. Quare quantũ me vrget egre: d. d. per Bohemos nondum
c. annoꝝ. tantum ego vrgeo eum per Orientalẽ eccleſiam. meliorem partem
vniuerſalis eccleſie. et mille quadringentorũ annorũ. Si illi ſunt heretici quia
Romanũ pon: non agnouerũt. Hereticũ accuſabo aduerſariũ qui tot ſanctos
per vniuerſalẽ eccleſiam celebratos audet aſſerere damnatos. p eadem dico ad
Bonifaciũ. 8. qui qualis pontifex fuerit et qua fide eius geſta recipienda, ſatis
ꝓbant hiſtorie. Proinde cõcludo et rogo. d. d. velit Roma: pontifices conce
dere fuiſſe hoĩes et non cõſtituere deos. preſertim quoties iudicauerũt in cauſa
ꝓpria. deinde non per ſeipſos. ſed p indoctiſſ: adulatores. quando diuus Gre
gorius multis epiſtolis et ſi Roma: pontifex reiecit a ſe primatũ totius orbis,
allegans adhoc predeceſſorẽ ſuum Pelagiũ dicens inter cetera. ꝙ venerande
Synodus. Calcedonenſis. obtulit hunc primatus honorẽ Roma: pontifici.
et nullus tam auſus eſt acceptare. Si ergo ego erro. errat mecum Gregorius
primus. cum ſuis predeceſſ: et damnabiliter peccauerũt ꝙ oblatũ primatum
nõ aſſumpſerũt. per hec volo ꝓbatum ꝙ ex decretis damnationibꝰ. appro
bationibus recentiorib: eccleſie Roma: nihil contra me agitur. cum ſint ſuſpe
ctiſſima om̃ia. et antique veritati et conſuetudini per om̃ia contraria. nihilo
minus tum pro reuerentia et vitando ſchiſmate. libentiſſime tolero et toleran
da ꝑſuadeo. modo nõ tñ iure diuino tot ſanctos precedentes damnemꝰ. hec
habui que dicerem de articulis.

## Eckius.

¶ Os reuerendus pater honorẽ ſuum excuſaturus negat ſe Bohemoꝝ patro
num. ſi facta verbis reſponderent magnificarem eum. At vltima primis non
concordant. cum peſtilentiſſimos Huſſitarum errores non Chriſtiane dicit
Chriſtianiſſimos. at de his poſterius.
¶ Conditionẽ tamen illam odio. ꝙ ſchiſmatici Bohemi et picardi tanq̃ deũ
acceptare poſſent ſi pro eis ſtaret ius diuinum. Grecos laudatiſſimos et ſan
ctos martyres ſemper laudaui. at reuerendus pater. artis coquinarie minus
inſtructus. commiſcet ſanctos grecos cum ſchiſmaticis et hereticis. vt fuco
ſanctitatis patrum. hereticorum tueatur ꝑfidiam. Quoniã mille et quadrin
gentos ſimul inculcat annos.

## D. Martinus proteſtabat dicens.

¶ Proteſtor coram vobis omnibꝰ et publice ꝙ egre: d. d. hoc mendaciter et
impudenter de me loquitur. Et Eccius proteſtatur ſe velle probare ſcriptis
et dictis. in quibus longo tempe maior grecorũ pars et eccleſia fuit heretica et
ſchiſmatica. ſed non eſt conuentio lucis ad Belial et ſchiſmaticoꝝ ad ſanctos
martyres et confeſſores.
¶ De eccleſia ante Romanã viginti annos exiſtente dicam quã reuerendus

pater mihi ꝓponit. non moueor. ꝙ epiſcopi greci a Romano pontifice non fuerint cōfirmati. nam ⁊ Plebani ſeu parochiani ſacerdotes a papa iam non cōfirmant. ſed extreme eſſet dementie. dicere ob hoc ſummū pontificē non habere primatum ſuper plebeianos ſacerdotes.

¶ De frigidiſſ: Anacleti decreto dicam infer⁹ alia quoqꝫ decreta defenſurus. de Numidia reuerend⁹ pater dixit eſſe factum non ius quod eſt preter Cypriani ſententiā. qui eos incuſat velut ſchiſmaticos qui audiāt ad cathedrā Petri. et principalē eccleſiā vnde vnitas orta eſt accedere. Qd Epiphani⁹ Cypri⁹ Johan: Chryſoſtomū epiſcopū ſuperiorem ab epiſcopatu expulerit. viderit ipſe Hoc inqꝫ factum non iuſtum fuiſſe cenſeo.

¶ Preterea ꝙ in me cauillos torquet. quaſi non idonee ſacras literas tractantem. qui ob amiſſionem rerum tēpalium et diuitiarū dixerim aduerſus grecos portas inferi preualuiſſe. Nunqꝫ cogitatū mihi imponit. nam hereſes. ſchiſmata. errores cōtra Grecoꝝ eccleſiam inualuiſſe dixi. Uerum eſt ꝙ et imperij amiſſio cum magno Chriſtianitatis pudore ſubſequuta eſt.

¶ Deinde ꝙ gloriat̄ reuerendus pater ſe iure diuino loqui Luce. zz. ego obſcurum virum afferam Richardum Armacanū etiā Leonis auctoritate fretū. dicat et me eundem credere Euangelij ſcripturā et ius diuinum At reuerend⁹ pater ſuo nixus intellectu. me reſpuit antiquoꝝ ſequentē intelligentiam. Indubitatū eſt et Arrium (pater maior me eſt) hereticū et Athanaſium habuiſſe euangeliū. Uerum Arrius erronee. Athanaſius vt ſpūs ſanctus efflagitabat intellexit. De adiecta confirmatione non refert. cum quiſqꝫ prudens intelligat eum. qui auctoritate ſuperioris ſibi conceſſa alios cōfirmat preſtare in hoc confirmatos. de per ſe et per accidens. neſcio quo ptineant. hoc pro primo.

Niſi forte ad currū Caro:

¶ Aſſumpturus reuerendus pater argumenta mea contra principalē intentionem. exprobrat mihi immodice inſtitutū meum fuiſſe probare iure diuino eccleſiam Romā: eſſe alijs prelatam. et tamen ſolum in dicta patrum et ſanctoꝝ inciderim. quaſi amphoram facturus vrceolum accipiam. Parcat mihi reuerendus pater. ſi intentionē meam noluerit vel non potuerit aſſequi Nam hoc fore de iure diuino ſatis fit. dum tot ſancti patres de iure diuino eſſe dixerunt. Licet ius diuinū nō obticuerim⁹ Matthei. 16. Super hanc petram vbi auctoritates ſanctorū patrum induxi.

¶ De Bernardo. cuius auctoritas et ſimul ratio eſt inuincibilis neſcio quō reuerendus pater ſui oblitus dixerit me admiſiſſe Bernardum alio ſenſu loquutū. ꝙ nullis armis poſſit deuincere. ſeruato enim vero ⁊ genuino ſcripture ſenſu. equalitatis filij ad patrem optime procedit ſancti Bernardi ratio.

¶ De Auguſtino et alijs qui Petrum dixit eſſe petram tanqꝫ contraria dicentem inſinuat ſe non recipere. Contra quem ego dico quomodo audeat tam ſanctum. tam doctum patrem credere ſenſiſſe contraria in eodem libro. in eodem capite. in vtriuſqꝫ ſententie collatione libro. i retract: ca: zi. Sed quam modeſte et humiliter reuerendus pater Auguſtinianus reſponderit. aliorum ſit iudicium. cum vnus ſe promiſerit tot ſanctis patribus ſe oppoſiturū. Hoc eſt. verum Bohemicū plus velle intelligere ſacram ſcripturā qꝫ ſummi pontificis. concilia. doctores et vniuerſitates in magno vigore exiſtentes. cum tamē ſpirituſſanctus eccleſiam ſuam non deſeruerit. et mirum eſſet ſi illam veritatē deus tot ſanctis et martyribus occultaſſet vſqꝫ ad aduentum reuerendi patris. Necqꝫ euincit quippiam beati Pauli inductio. ꝙ eius dicta ſanctis patribus et doctoribus minime aduerſentur. Eſt Chriſtus petra. eſt fundamentum. eſt lapis angularis. eſt caput eccleſie indubitatū.

¶ Porro illa non debere attribui eius vicario contra ſanctorum patrum et martyrum atteſtationem non eſt acceptandū. Ratiunculam adiecit etiam ſuper in vulgari ſermone diſſeminatam. Si ſuper petram quomodo ſuper

Petrũ eccleſia edificari potuit qui ad vnius ancillule vocem Chriſtũ et fidem
Chriſtianam abnegaret parcat mihi reuerendus pater cum phiam Ariſto
telicã cõtemnat et grãmaticã tanti faciat Cur hic lynceis ſuis oculis verbum
Edificabo futuri tpis non ꝓſpexit. non enim ſponſo pñte vbi filij letabantur
opus erat vicario. Neqꝫ tunc Chriſtus ei poteſtatẽ dedit clauium. ſed potius
promiſit Ante ergo clauium et poteſtatis dationem ab oſtiaria interpellatus
fuit ſanctus Petrꝰ. quod et Ambroſius et dehinc Gregorius teſtãtur.
¶ Ad Chryſoſt: rñdit Petrum ſupiorẽ fuiſſe honore. nam ⁊ Paulus plures
plantauerit eccleſias. quaſi reuerendus pater non plus ꝑdicauerit q̃ iam ſummꝰ
pontifex. et ob hoc nõ ſit dicendus maior paſtor q̃ papa. Sic nimis ſubtiliter
ſe torquet in dictiõe. vertex. quaſi Chryſoſto: nõ pmatũ voluit intelligere ſed
quis hoc feret cum ſymbolicũ ſit. et vertex pro ſummitate in tali tranſlatione ⁊
methaphora vſurpetur? Sic ⁊ os apoſtolorꝫ dicitur. qđ ſepe ꝓ omnib: aplis
fuerit loquutus. qđ ⁊ beatus Chryſoſto: ponderat.

*Vertex*

¶ De decretis dicit illa eſſe frigidiſſ: decreta de quo plurimũ miror. cum in diſ
ſputatione ſua poſuerit Ro: eccleſiã eſſe omib: alijs ſuperiorẽ ꝓbatur ex frigi
diſſ: Ro: põtificũ decretis intra. cccc. ãnos natꝫ. Et ego ei multũ vetuſtiora ad
duxerim añq̃ incepit refrigeſcere Charitas multorũ. Subterfugiũ ſuum non
accipio. quo negat cõſtitutionẽ illã eſſe Anacleti. nam ſic oim ꝯciliorũ et ſum
morũ ponti: decreta mihi ſigillatim eluderent. ⁊ ſic tota facultas iuridica fal
ſitatis inſimulatur quaſi falſis fundamentis ſit innixa. in lectionib: deciſionib:
Judicijs ⁊ ſentẽtijs: Et ſic iura corũ pontificia erũt de nigra faba. niſi conſenſu
totius Chriſtianitatis fuerit apꝓbata. Unde nullo pacto recipienda eſt reue
rendi patris ſententia. cũ omniũ ſummorũ pont: decreta et cõciliorũ in plurib:
locis reperiantur et vt eſt audax hominũ genus dudũ fuiſſent repti. qui ſimilẽ
illam Anacleti leonina pelle incedentẽ diripuiſſent. Niſi ergo oſtenderit in ori
ginalib: illa non hri. fidem ei non adhibeo.
¶ Poſtremo de Bohemis dixit. certe non ſine Chriſtianorũ doctorum contu
melia. plures eſſe criminatores Bohemorum. vbi ſint qui ex charitate ⁊ bono
zelo ꝯtra eos ſcribant ⁊ eos exhortentur. ibi exerceãt ingeniũ et memoriã. quid
ſurdo narrarẽ fabulam. at Chriſtianus negare non debet plurimos optimo
zelo motos. ꝯtra Bohemos ſcripſiſſe. quales fuerũt pres in conſtantienſi con
cilio deputati. qualis fuit doctor reſpondens Bohemis in cõcilio herbipolẽſiꝰ
qualis Ragusius. qualis optime ꝓbitatis ⁊ doctrine Johañes Capiſtranus
diui Franciſci ſacerdos omib: fidelib: notiſſimus. Nicolaꝰ Cuſanꝰ germanos
docuiſſe cũ plurib: alijs vt obijcit mihi reuerendus pater inquiſitorib: pterco.
Quare non defuerunt Bohemis qui bona ſcriberent. ſed ipſi defuerunt qui in
hereſi obſtinati bona nõ ſequerentur.
¶ De grecis ſanctis diximus ſepius. ſed hoc horrendũ omnib: Chriſti fidelib:
eſſe arbitror: q reuerendus pater cõtra tam ſanctũ et laudabile Conſtantienſe
conciliũ tanto conſenſu totius Chriſtianitatis congregatũ. non veretur dicere
articulos aliquos huſſiticos et wikleffiticos fuiſſe Chriſtianiſſ: et euangelicos.

*Proteſtat Martinus.*

¶ Non eſt verũ q contra conſtantienſe concilium loquutus ſim.
¶ Eckius ꝯtra offert ſe probaturũ ex dictis ⁊ ſcriptis. quos non poſſit vniuerſ
ſalis eccleſiã damnare. ſicut peſſime ſonat. inter que eſſe damnatum articulũ illũ
huſſiticũ de neceſſitate ſalutis Ro: eccleſiam eſſe alijs ſupiorẽ de quo quidem
dicto Bohemi nõ immerito exultant. ⁊ hoc orõib: ſuis apud deum poſtulaue
runt. verũ magna eccleſie iactura. Quod (ſicut b. Auguſtinus ratiocinatur) ſi
vllum mendatiũ ad ſacras ſcripturas fuerit admiſſum. tota erit de veritate ſu
ſpecta. ita et damnati huſſite reuerendi patris fulti patrocinio procul dubio
(Mendaciũ eſt impudentiſſimũ) dicturi ſunt. Si cõciliũ errauit in his duobus
articulis Chriſtianiſſimis ita eius apud nos in alijs articulis vacillabit auct

*Mar: Luter proteſtatur*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſectas. Unde in re prius cōdemnata nolo plura verba prodigere. ad quid coe-
gendus ſit Chriſtianus aut admittendus. hoc dico auctoritate conciliŋ vel
Ro: pontificis fieri vt ſententia ſine ſuſpicione hereſis defendi non poſſit. que
alioquin citra fidei leſionem impune poſſet defendi. In promptu eſt exemplū
An eſſentia in diuinis generet. quam ſententiam Richardus amplexus lib: de
trinitate minime inculpatur. at deciſione per concilium facta. nullus iam ſine
hereſis ſuſpitione eſſentiam diceret generare credo in capitulo: damnamus de
ſumma trinitate.

¶ Ad Auguſtinum de legendis canonicis ſcripturis inductum nihil moueor
quoniam conciliorū et ſummorū ponti: decreta. non excludit quid domini mei
iure conſulti in. c. Significaſti de elec: ponderent. iam non memini. At ſue pro-
feſſionis memores velut iuſticie cultores non dabunt. vt arbitror. leges ponti-
ficias peſſundari. Quod vero platynam adducit quaſi ille plus ſit q̄ ſummus
ponti: vel Auguſt: vel Cypr: qui in vita Benedicti ſecundi renarret Conſtan-
tinum. 4. ſanxiſſe Romane eccleſie deberi primatum. Legat queſo reuerendus
pater que domini iure conſulti annotant in c. eccleſi S. Marie de conſtitu-
quid quantum et quomō valeant ſecularium conſtituta in eccleſiaſticis reb⁹.
et videbit quo ſenſu verba platyne (ne dicam Ro: imperatoris de eccleſiis et
hereticis) debent accipi.

¶ Ultimo loco ꝓponit me vrgere bohemos grecos. fateor ſchiſmaticos. Nam
ſanctos patres grecos canoniſatos non damno. ſicuti Gigantes volebant in
fabulis Iouē e celo pellere. Sed tunc vere occurrit nobis reuerendus pater
quādo dabit Grecū inobedientē et rebellē eccleſie Romane qui ſit canoniſat⁹.
& quis eſt hic et nō laudabim⁹ eū? fruſtra ergo aſſumit ſe tolerare monarchiā.
quaſi non eſſet de iure diuino. ſed quadā tolerantia populi et conſenſu fideliū
inducta. Qđ per maxime liquet ex Gregorio inducto qui primatū inter fideles
ſibi oblatum reiecit. At ſenſum ſequat reuerend⁹ pater non verboꝝ corticem.
et reperiet in eo ſic ſummā optimi patris humilitatē. vt plus mirare & humi-
litate ſua ſuperbiam patriarche Conſtantinopolitani infringeret. q̄ ꝙ ſuſpitio-
dationis aut ſuperbie de eo haberet. Unde etiā Seruū ſeruoꝝ ſe primus ſcripſit
Et qđ hoc ſit verum. ſi tam diligens eſt reuerendus pater Gregorii lector. po-
tuit in eiuſdē epiſtola legere (ſicut tranſponit in decre: Cano: 2. q. 6. de cetero)
vbi poteſtatis ſue memor humillimus pater diuitiaꝝ et glorie cōtemptor: ſcri-
bit. alios epiſcopos preter q̄ Romanū in ptem vocatos ſollicitudinis. non in
plenitudinē poteſtatis. Nemo eſt qui hic dubitare poſſit quin reliquis epiſco-
pis ptem. Romano vero pontifici plenitudinē ex grāmatico ſenſu dare velit.
Ob id rogo reuerendus pater ea que dicta ſunt vel p alios vł per me. nō ſemp
velit reiicere in adulatiōꝫ ſtudiū. quippe adulari nō didici. adulari etiā neſcio.

## Sexta die Iulij hora ſeptima mane

## Martinus exorſus eſt.

¶ Poſtq̄ heri egre: d. d. non partis ſed iudicis officium vſurpans. contra cō-
uentionis pactum & voluntatē illuſtriſ: prin: Georgii patroni noſtri. me toties
definiuit et proclamauit hereticū. cum ſui officii fuiſſet ſolum ad ducis ratio-
nibus et auctoritatib⁹. iudicioꝫ relinquere eſſem hereticus nec ne. In quo ſi
non eſt violata publica fides viderint ij quorum intereſt.

¶ Ad cauſam primū obiecit ꝙ errores Hus peſtilentiſſ: vocauerim Chriſtia-
niſſimos. de quo teſtor meam innocentiā. Nec hoc poterit vnq̄ probare. & ex-
poſtulo vt aſſignet eoſdem articulos quos peſtilentiſſ: vocauerim Chriſtia-
niſſimos aut vocem ſuam reuocet.

¶ Secundo criminatur qđ cōmiſcuerim ſanctos grecos cū ſchiſmaticis. quid
aliud faceret qui non haberet quod diceret, cum certiſſimū ſit tp̄e nouiſſime
vaſtate Conſtantinopolis fuiſſe integerrimos chriſtianos in grecia. poſtea in
Italia receptos. atqȝ etiam ſi hoc non vrgeret adhuc ſtat φ vſqȝ ad conciliū
Nicenū ſaltem fuerint integri Chriſtiani ꝑ totum orientem non ſubiecti Ro:
pōti: vt clariſſime teſtatur decretū eiuſdem cōcilij Niceni dicentis lib: 10. hiſto:
eccleſiaſtice. Et vt apud Alexandriā vel in vrbe Roma vetuſta conſuetudo cō-
ſeruetur. vt ille egypti. hoc ſuburbanarū eccleſiarū ſolicitudinē gerat. idem
conciliū nō Romano. ſed hieroſolymitano tribuit honorū primatum dicens
ibidem. et vt epiſcopo Hyeroſolimorū antiquitus tradita honorū prerogatia
ſeruetur. Quod ſi nec iſta ſatis ſunt qđ tñ adhuc concludit quod egre. d. ſatis
callide tacuit quod eccleſia Chriſti. 20. annos adminus fuit añqȝ Ro: eccleſia
naſceretur. Ideo ridicula eſt eius confutatio quod fingit me miſcere ſanctos
cū ſchiſmaticis. cum ſuos ſchiſmaticos aſſingnare non poſſit.

¶ Tercio. cum confutaſſet rationem meā q: ſcȝ non confirmarentur epiſcopi
grecie a Ro: pon: Dixit hoc nihil eſſe cum nec plebani paſſim confirmentur a
Ro: pon: Quis non videt hec ꝑdendi tempis gratia dicta? cum plebani tñ ab
epiſcopis ordinent ſimul hec oīa remitto ad prius dicta de Hiero: ad euagriū
Eadem cauſa et illud toties repetijt de Numidia. cū illi ſcribantur veniſſe ad
Romā nō vocati. et accuſentur qđ venerint. ⁊ adhuc d. d. ius ex hoc facto Ro:
Pon: diuinū tribuit. Sed et illud qđ Epiphanius Cyprius Ioān: Chryſoſ:
depoſuit. non pro iure ſed facto accepit. Et ſic vult confutaſſe. cum ille egerit
ſecundū ſtatutū Niceni concilij ⁊ auctoritatē Cypriani de ordinādis epiſcopis
citra auctoritatem Ro: pontificis. Stat ergo adhuc inuicte φ Ro: Primatus
aut nō eſt iure diuino formatus. aut totius orientalis eccleſie ſanctos eſſe in e-
ternū damnatos. illud pretereo φ ꝑualentiā portarū. inferi interpretatur inua-
lentiā hereſum. quod non curo. nihilominus non oſtendit grecos fuiſſe here-
ticos. cum vulgatū ſit etiā per iura grecos nō haberi pro hereticis. Tranſeo ⁊
illud Leonis ⁊ Amarcani. vbi dicit ſe ſequi intelligentiā antiquorū. accipiendo
numerū ꝑ numero ſcȝ vnius Leonis ſingularis Item de confirmatione fratrū
Petro cōmiſſa nihil dicam. ſatis dictū eſt. quū nihil probet nec adhuc confu-
tatum ſit.

¶ Ad rem principalem dicit ſe non tenuiſſe ius diuinū q: illud Matthei. 16. Tu
es Petrus. cū ſentētijs patrū ſit ſequutus. ꝑſertim Ambroſij ⁊ Auguſtini qui
dixerint Petrū eſſe petram. auſus etiam hoc addere quod Augu: non retrac-
tauerit. ego poſtea conſulens librū retracta: inuenio ꝯriū. vere eñ retractat
⁊ dicit Petrū non eſſe petrā. ſed confeſſum eſſe petram. Idem hoc dicit in ho-
milia quā omnes ſacerdotes orant in die Pe: ⁊ Pauli. Ubi dicit ſuper petram
non ſup te ſed ſuppetrā quā confeſſus es. idem inuenio in Ambroſio quanqȝ
et ipſe variet. ad hoc eſt ſimul aurea illa gloſſa vt gloriantur ſup capitulū ita
dominus dicens. Et ſuper hanc petram ⁊c. ꝑ hanc dictionē nō credo dominū
aliud demonſtraſſe qȝ hec verba. que Petrus reſpondit domino cum dixit Tu
es Chriſtus filius dei viui. q: ſup illo articulo fidei fundata eſt eccleſia. Ergo
ſuper ſeipſo fundauit Chriſtus eccleſiam. Nihil eſt ergo qđ gloriatur egre. d.
d. dicta patrū a ſe ſtare. cum multo fortius inueniant a me ſtare. poterat ergo
parcere lingue ſue et aurib: noſtris qñ rethorico boatu exclamauit me velle vnū
eſſe doctiorem omnibus. plus velle intelligere ſcripturā qȝ doctores. vniuerſi-
tates. concilia. et Ro: pontificem. ⁊ mirū eſſet ſi mihi ſoli tam diu occulta ve-
ritas reuelata eſſet. hoc eñ non fuit diſputare ſed inuidiā mouere. Quod vero
ridet meā ratiunculam vbi dixi lapſam eſſe eccleſiam negante Petro. ſi ſuper
eum eſſet edificata. adducens grāmatice verbum futuri temporis edificabo.
quaſi poſt mortem edificata ſit eccleſia ſuper Petrum. Tranſeo quod quiſqȝ

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

facie videat quid valeat. nihilominus tñ etiam poſt ſpiritũſanctum miſſum grauiſſimo ſcandalo fidei cecidit Petrus. Galat: 2. cum redargueretur a Paulo in quo permanſit integra fides ⁊ confeſſio. in Petro quidem fides ſed ſimulatio aduerſus veritatem euãgelij Admitto tamen ꝙ egre. d. d. hac auctoritate ꝑcipue nixus nunc ſeipſum excludit ab ea. vt ſic nihil iuris diuini relinquatur ei. Nam ſi ꝓmiſſio tm̃ facta eſt. eundũ eſt ad locum vbi exhibita ꝓmiſſio eſt. et inuenietur illud Johannis vlti: vbi non dicit. Petre accipe ſpiritũ ſanctum. ſed equaliter omnibus accipite ſpiritũſanctũ. quorũ remiſeritis ⁊c. Tranſeo et illud de Chriſoſtomo. vbi Petrũ honore ſuperiorẽ fuiſſe dixi. d. d. confutaturus oppoſuit. cum Paulus plus predicauit q̃ Petrus plus etiam habebit honoris. quaſi ego de multitudine laboris ac non potius de primitate ordinis dixerim. Tranſeo de vertice ⁊ ſymbolico ſuo capite. que ſunt mera verba.

¶ De decretis. miratur me dicere frigidiſſ: decreta et intra. cccc. annos nata. de. cccc. annis ſupſedeo. poſtea dicturus. Nam non fuit opus vt docerer añ mille et ducentos immo cccc annos fuiſſe decreta. immo fuiſſe et contentiones de primatu. Miretur interim ipſe d. d. ꝙ auctoritatẽ Matthei intelligit ꝓmiſſionis verbum eſſe nõ exhibitionis. cum tñ decreta ipſa ſup idem verbum tanq̃ exhibitionis penitus nitantur. Neceſſarie ergo eſt aut decreta improprie tractare etiam auctore d. doctore. aut ipſum errare.

¶ Quod vero non accipit negatum a me decretum Anacleti. ⁊ que de ſigillatis decretis ibi ludit tranſeo nondũ eñ confutauit qđ idem decretum. Cepham interpretatur caput. que inſcicia tanto pontifici non eſt tribuenda. preſertim eo tempore vbi floruerunt lingue. et iudeorum habebatur copia. Sed hoc cõſtat librũ decretorũ nõdum eſſe approbatum.

¶ Illud etiam grauiter inſectatus eſt ꝙ dixi plures eſſe criminatores Bohemorũ q̃ inſtructores. vtinam mendaciũ fuiſſem locutus. Video quidẽ multa dici et ſcribi contra eos ſed ſatis infeliciter ꝙ non nominent fraterno nomine. ꝙ tamen Paulus Galatas lapſos in ꝑfidiam iudeorũ non dedignat. Credo ego Bohemus eſſe homies et blandis ſermonib9 et cõceſſionib9 poſſe attrahi qui criminatiõib9 et oppꝓbrijs heretici nois. magis indurant: non eſt ergo quod excuſemur non eſſe narrandam fabulam ſurdo. cum precipiente Paulo inſtandũ ſit importune opportune.

¶ De Grecis ſanctis ſepius diximus. Illud aũt tranctandũ eſt quod ad concitandã inuidiam multũ olenauit. horrendũ eſſe oĩbus Chriſti fidelibus ꝙ cõtra tam ſanctũ et laudabile Cõſtanciẽſe conciliũ. non veretur dicere aliquot articulos Huſ fuiſſe Chriſtianiſſ: et Euangelicos. quos non poſſit vniuerſalis eccleſia damnare. Reſpondeo inter articulos Huſ eſt et ille. Unica eſt ſancta vniuerſalis eccleſia que eſt predeſtinatoꝝ vniuerſitas. Item alius. Uniuerſalis ſancta eccleſia tantũ eſt vna. ſicut tantũ vnus eſt numer9 omniũ predeſtinatorũ. hij duo non ſunt Huſ ſed Auguſtini ſuper Johannẽ ad verbũ prope. et repetunt per magiſtũ. 4. ſententiarũ de ſacra: Euch: Tertius eſt. Due nature diuinitas et humanitas ſunt vnus Chriſtus. hos articulos credo confitetur mecum d. Johannes Eccius. Quartus. Diuiſio immediata humanorũ operum eſt ꝙ ſunt vel virtuoſa vel vicioſa. q: ſi homo eſt vicioſus et agat quid q̃ tunc agit vicioſe. et ſi eſt virtuoſus et agit quidq̃. tunc agit virtuoſe ⁊c. Iſte articulus vt audiuim9 precedente hebdomada triũphatus eſt per egre: d. d. Caroloſta: ita vt egre: d. d. Johannes Eccius coactus ſit Scotum et Scotiſtas. Capreolũ et Thomiſtas cum vniuerſis ſue factionis doctoribus ... repudiare et ei conſentire.

Proinde que heri in me euomuit ꝙ eſſem patronus Bohemoꝝ. Hereticꝰ pe
ſtilentiſſ:et ſi qua ſimilia.refero in ſinum eius.hic ſentit cũ Johãne Huſ.quicq
quid pro ſe dixerit.ꝑ me cõtra eius criminatiões dictũ eſt. Illud addo ꝙ recte
dixi Chriſtianiſſ:ꝛ Euangelicos preſertim illum. Due nature ꝛc. Quare debuit
mihi hoc ad mittere egre:d.d.ꝙ pro reuerentia concilij Conſtan:credere hos
et ſimiles articulos non fuiſſe ibi damnatos.ſed ab aliquo impoſitore interſer
tos. Verũ contra hec cum ipſum met Conciliũ dicat aliquos eſſe hereticos.
aliquos erroneos.aliquos blaſphemos.aliq̃ temerarios.aliquos ſeditioſos.
aliquos piarũ aurium offenſiuos. Debuit prius egre:d.d. pro ſua prudentia
quelibet in ſuum ordinẽ redigere. et non contra determinationẽ concilij om̃es
in vniuerſum hereticos damnare.quos conciliũ vix temerarios eſſe voluit. Nõ
poteſt et ipſa puriſſima veritas temeritatis.ſcandali.ſeditiõis.offenſionis au
riũ accuſari.ſicut Chriſto contigit. Nec ideo falſus eſt articulus.multo minꝰ
hereticus. q̃ temerarꝰ vel offenſiuus et ſic patet ꝙ nimis ꝑcipitanter ꝛ longe
citra modeſtiã Eccianam hereticus accuſatus ſum.quẽ fortaſſis vix offenſiuũ
poterit ꝓbare.immo cũ ad eum non ptineat prorſus de articulis iſtis iudicare
qui erronei. qui heretici. qui temerarij.clarum patet q̃ inique ꝛ temere me he
reticũ et peſſimo nomine accuſat.
¶ Proinde non eſſe de neceſſitate ſalutis Roma: eccleſiam eſſe ſuperiorem aliis
nondũ conuincit eſſe articulus hereticus.etiam ſi inter hereticos numeret. Qd
aũt rõcinatur Auguſtini exemplo. Si vllum mendatiũ in cõcilio admittatur
vacillabit vniuerſa auctoritas cõcilij. Infelix ſimilitudo eſt. Auguſt:de ſcrip
turis diuinis rõcinatur que eſt verbũ dei infallibile.conciliũ vero creatura iſtiꝰ
verbi.ideo iniuria verbo dei fit per hanc comparationẽ.cum conceſſum ſit Conci
liũ poſſe errare. vt notat Panormitanus in capi:ſignificaſti. Tranſeo illud de
eſſentie diuine generatiõe q̃ nihil ad propoſitum.
¶ Ad Auguſtinũ qui excepta ſcriptura. oĩa ſcripta cum iudicio iubet legere.
Dicit egre:d.d.non eſſe excluſa ꝑ eum decreta Ro:pontificis et cõciliorũ. hoc
dicitur ſed non ꝓbatur. quin ſolutionẽ meam confirmo auctoritate Pauli ad
Theſſalo: Om̃ia ꝓbate quod bonũ eſt tenete. Ro:ponti:et cõcilia ſunt hoĩes
ergo ꝓbandi ſunt et ſic tenendi.nec eximendi ab hac regula apoſtolica. Qd ꝑ
me adductũ capitulũ ſignificaſti dicit ſe nõ meminiſſe ꝛ dños Iuriſtas monet.
vt non peſſundent leges pontificias. qd et ipſum valet ad conciãdã inuidiã
mihi. Nec ꝑ hoc peſſundant leges pontificie.ſi eius preferant leges diuine.qd
cum faciant dñi Iuriſte. peſſime faciunt theologi. qui in hac re etiam reſiſtũt
optimis Iuriſtis. Platynã ꝑ me allegatũ dicit non eſſe plus q̃ Ro:pon:Au
guſtinũ Cypri: quaſi ꝑ Auguſti et Cypri aut ſummũ pon:iam ꝓbauerit pri
matũ.qui toties iure diuino ſe ꝓbaturũ ꝓmiſit.nec niſi decreta frigidiſſima ex
hibuit.et aliquot pſm falſe intellectas auctoritates. Platyne nihil tribuo.ſed
hiſtorie que eſt mater veritatis quam ſcribit Platyna.
Quod de conſtitutionibꝰ dicit tranſeo.
¶ Tandẽ fatetur grecos ſanctos non eſſe damnatos.ſed ſolum ſchiſmaticos.
hoc nihil eſt ad ꝓpoſitum. neq̃ ego eñi vnq̃ reſpondi de ſchiſmaticis grecis.
ſed de ſanctis preſertim Nicẽni concilij. ſicut nec credo ipſum ſentire de ſchiſ
maticis latinis quando de Roma:eccleſia loquitur.
¶ Gregoriũ a me inductũ dicit eſſe ſequendũ ſcḋm ſenſum non ſcḋm corticem
verborũ.et ſic ſatis eſt cõfutata mea reſponſio. ſufficiunt eñi ſola verba Ecci
ana. Quod aũt induxit.2.q.6.ca:de cetero. Vbi ſcribit idem Gregorꝰ alios
epiſcopos preterq̃ Romanũ in ptem vocatos ſollicitudinis nõ in plenitudinẽ
poteſtatis. Debuit d.d. oſtẽdere ꝙ om̃es ep̃os intellexerit ꝑ orbem et nõ ſolum
Occidentalis eccleſie ep̃os. qd ſi q̃maxime faceret nõ ideo ꝓbatur ex iure di
uino. Grego:hõ eſt.eoque minꝰ ꝓbatur:quo multo in pluribꝰ locis diuerſum

ſentit. vt magis ſit mihi ius dicendi d. doctori vt ipſe ſenſum et non corticem
in ſuis adductis ſequatur aut primū eundem ſibi conciliet.
¶ Vltimū quādo ego contra egre: d. d. induxi Paulū. 1. Corint: 3. q̄ fundamē-
tum aliud nemo ponere poteſt preter id quod poſitū eſt. qđ eſt Jheſus Chri-
ſtus. dixit etiā tribuendū vicario Chriſti. ergo oportet ſic dicere. Nemo aliud
fundamentū ponere poteſt preter id qđ poſitū eſt. quod eſt Roma: pontifex et
ſic reſiſtendū erit euidentiſſ: auctoritati Pauli. aut reuocandū q̄ hec non ſint
tribuēda vicario Chriſti. Similiter illud Gala: 2. vbi dixit Paulus qui vide-
bant (. loquit de Petro. Jacobo ⁊ Johā:) quales aliquādo fuerint nihil mea
refert. Deus em̄ pſonam hoīs non accipit. Ibi Paulus euidentiſſ: dicit Petri
magnitudinē et qualitatē nihil referre. nec eam accipi a deo. Si aūt eſt de iure
diuino certiſſimū eſt Paulū hic mentiri. nam qđ ius diuinū eſt. omnino accipit
a deo et multū refert. Ideoq̄ iſta auctoritas Pauli cogit pumitatē vni⁹ hoīs
Epiſcopi non eſſe de iure diuino ⁊ ideo reuocandū qđ d. d. dixit de iure diuino.
cum apparenter contradicat apoſtolo hic. ſic dico q̄ niſi d. d. egregius ſuam
ſententiam mutarit tanq̄ euidentiſſime ɔtrariam Paulo. non ſim eum habi-
turus pro catholico. Hec ſatis ſint de mea reſponſiōe ad obiecta. d. d. Johā:
Eccij ſuper ɔpoſitione terciadecima de poteſtate et pmatu Sum: ponti: que
relinquo iudicio Judicum et omnium lectorum.

## Eccius.

¶ Cum reuerend⁹ pater mihi improperet q̄ iudicis occupauerim officiū nihil
ad rem ſum diſputator. neq̄ hereticum dixi. ſed dicta ſua hereticis et maxime
Bohemis fauere et patrocinari. potiſſimū cum illud horrendū dicere auderet
aliquos articulos Johannis Huſ p concilū ſacrū Cōſtancienſe reprobatos
eſſe Chriſtianiſſimos et Euangelicos. Ad rem potius deſcendam⁹. Duos heri
ptulit huiuſmodi articulos hodie aliquos addidit. de quibus infra.
¶ Quod vero ad grecos attinet mirum quo ſtudio reuerendus pater eos de-
fendit quos fuiſſe bonos aſſerit etiā in excidio Cōſtantinopolitano qui deinde
in Italiā venerint. oporteret me oſtendere et nominare qui fuerint greci ſchiſ-
matici et heretici. Miror q̄ reuerendus pater in ſua epiſtola obijcit mihi hiſto-
riarū ignorantiā et ipſe hoc loco nolit ſcire q̄ tota nouit eccleſia. Nonne ſchiſ-
maticus fuit Neſtorius. non Macedonius. Eutbices. Achacius. Johannes
Cōſtantinopolitanus ⁊ longo tempore in ſchiſmate pſeuerantes ſub Eugenio
.4. in concilio Florentino obedientiā fecerunt eccleſie. Quis pro pertinaci per-
fidia ſtatim ad vomitū redierint. Alioquin ſi greci non fuiſſent ſchiſmatici et
heretici non haberem⁹ deciſionē de ſumma fide catholica contra grecos. vel
forte reuerend⁹ pater ignorat Thomā edidiſſe librum de erroribus grecorum.
Addo q̄ induxit tam ſepius eccleſiā orientalem non fuiſſe ſubiectā Ro: ponti-
fici. et Epiphaniū Cypri: repuliſſe ſanctū Chriſoſto: ab epiſcopatu qđ bene
factū dicit reuerend⁹ pater auctoritate Niceni concilij et Cypriani. ſed cecidit
in foueā quam fecit. qm̄. ſ. Chriſoſto: odio imperatricis fuit delectus et heretic⁹
Arrianus ſubſtitutus. Quē ſumm⁹ pon: Julius mandauit recedere et Johā-
nem Chriſoſto: reſtituit. Quod dum factū non eſſet Julius papa Johannē
Chriſoſto: reſtitui precepit. et imperatorem excōmunicauit. Ita et contra alios
Epiſcopos hereticos proceſſit. Vt non ſemel ſed decies Grecos ab obedientia
Roma: eccleſie receſſiſſe hiſtorie tradant. Eat nunc Reuerendus pater et dicat
Roma: pontificē de eccleſijs orientalib⁹ non diſpoſuiſſe. vel iuſtificet tam ſan-
cti patres Chriſoſto: repulſam.
¶ Tertio de Nicena Synodo quā ex hiſtoria Scholaſtica lib: 10. adduxit. ſi
iſta eſt cōſtitutio quā in ſua voluit concluſione. bona eſt inq̄. ſed ad propoſi-
tum frigida. Jam Synodus nullo etiam eo tpe legittima arbitrabatur que
non foret auctoritate Roma: pontificio congregata. Ita Leo. ita Marcellus.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ita Julius.ſancti non frigidi pape ſanxerũt.circa idem temp⁹ viuentes.Con
ſtitutiões eorũ leguntur diſt:19.can: Synodũ et ſequẽtib: Unde ꝙ Patriarche
hieroſolymitano prerogatiuã honoris dederũt.ſed non primatũ totius eccle
ſie hoc debebat ꝓbare dñs pater. Sexta aũt Synodus expreſſe primã ſedem
dat Roma:eccleſie que tranſſumitur.22.diſt:Quod et Leo papa cõtra Im
paratorẽ Michaelẽ.et beatus Gregorius contra Johannẽ Conſtantinopoli
tanũ ⁊ Mauriciũ impatorem obtinuit.Unde hoc loco id quoqꝫ excuſã de btõ
Grego:quem ita inducit vt primatũ reiecerit.quod conſtat eſſe falſiſſimũ.cum
Platyne tñ tribuat.qui ſic de Grego:ſancto ſcribit.Preterea vero cũ Joãnes
Conſtan:epiſcopus habita grecorũ ſynodo ſeipſum icomenicũ.i.vniuerſalem
patriarchã creaſſet.monuiſſet Gregoriũ Mauricius.vt Joãni obtparet.rñdit
homo cõſtantis ingenij et fidei.poteſtatẽ ligandi atqꝫ ſoluendi Petro traditã
eiuſqꝫ ſucceſſorib:non epiſcopis Conſtantinopolitanis.Proinde deſineret irã
dei in ſe concitare.Ex quo conſtat Gregoriũ ſine dubio ſanctum et humilẽ pa
trem primatũ non ſolum nõ reieciſſe.ſed etiã aſſeruiſſe contra impatorẽ ⁊ Cõ
ſtantinopolitanũ.Unde ego nolo tam ſancto patri imponere qđ reuerendus
pater vt ſui minime conſtans cõtraria et pugnãtia dixerit Gregorius.ſed vni
uerſalẽ ſe eſſe epiſcopũ negauit ad ſenſum datum in priori diſputatiõe.et tamẽ
primatũ obtinuit.Qđ aũt ſemp iſte fuerit mos etiam tpe concilij Nicení ob
ſeruatus liquet ex epiſtola.92.Auguſtini ⁊ coepiſcopoꝝ ad innocentiũ primũ.
vbi inquiũt.Quia te dñs gratie ſue precipuo munere in ſede apoſtolica collo
cauit talemqꝫ noſtris temporib: preſtitit magnis piculis infirmorũ membroꝝ
Chriſti paſtoralẽ diligentiã queſumus adhibere digneris Rñdet papa in epi
ſtola ſequenti. Diligenter ĝ et congrue apoſtolici honoris conſulitis faſtigiũ
honoris inqꝫ illius qñ preter illa que ſunt extrinſeca.ſollicitudo manet oim
eccleſiarũ ſuper anxijs rebus.que ſit tenenda ſententia antique ſcꝫ regule for
mam ſequuti.quid expreſſius dici poſſit tpe Auguſtini papã habuiſſe ſollici
tudinẽ de omnibus eccleſijs.et ꝙ tunc non incepit.ſed ſit forma antique regule.

¶ Deinde venit reuerendus pater cum ſuo Hercule hoc eſt rõnella viginti an
norũ.Ubi eccleſia fuerit ante Roma:Reſpondeo.verum eſſe Chriſtũ in Euan
gelio non expreſſiſſe Romanã eccleſiam.ſed Petrũ principem apoſtolorũ con
ſtitutũ.Unde qr Petrus cuius erat principatus iubente dño tranſtulit ſedem
ab Antiochia ad Romã.Quare tunc non iure humano.ſed iuſſu dei facta eſt
prima.iure prius a beato Petro habito vt teſtatur Marcellus ſanctus mar
tyr et papa ca:Roga:24.q.1.Licet prima ſedes in Antiochia fuerit.Poſteri⁹
iubente dño Romam tranſlata eſt.Quis eñ ita deſipit vt primatũ velit loco
affigere.ſed hec eſt ſanctoꝝ patrũ ſententia qr iure diuino Petrus conſtitutus
ſit Chriſti vicarius.et omnes ſucceſſores quales ſunt Roma:pontifices.Ubi
locorum fuerint.ſunt vicarij Chriſti.Roma:rex vel impator nõ eſt vel ob hoc
Rome.ita videt ſenſiſſe btũs Auguſtinus contra Manicheos Palam eſt in
quit ꝙ in re dubia ad certitudinẽ fidei valeat auctoritas eccleſie catholice que
ab ipſis fundatiſſimis apoſtoloꝝ ſedibus vſqꝫ ad hodiernã diem ſuccedentiũ
ſibimet et epiſcopoꝝ ſerie et populi conſenſu firmatur.Quare in epiſtolis ca
talogũ refert beatus Auguſt:Roma:pontificũ.hec de preambulis.

## Nunc ad principale.

¶ Reſponſurus reuerendus pater inductis ꝑ me.dixi eñ Petrum iure diuino
ceteris apoſtolis prelatũ.Matthei.16.Allegaui Hierony:Bernh:Leonem et
Cypria:ad quos nihil rñdit.quãuis manu ſua in ſuo libro fateatur beatum
Cyprianũ ſenſiſſe eccleſiam fundatã ſupra petram.ſed auſus fuit adere ꝙ b.
Cypri:ibi fallatur.Ad Auguſt:niſus eſt rñdere.nam de Cypriano eſt indubi
tatum qui alia epiſtola ad Corne:8.Roma:eccleſiã vocat matricem et radicẽ
aliarum.Impingit mihi ꝙ dictũ citauerim ab Auguſti:retractatũ.lectoris

iudiciū obſcurare nequit reuerend⁹ pater. nam adeo eum ſue prioris ſententie
non penitet. vt etiam pro firmamēto btm̄ Ambroſiū introducat. ſed qđ ab ini-
tio induxi teſtatur Auguſt: ſe per petrā etiam expoſuiſſe Chriſtū neutrā retra-
ctans ſententiā. neutram etiam pre eligendo ſubdit harum aūt ſententiaꝝ que
ſit ꝓbabilior eligat lector. Auguſti: diffinire non audit et reuerend⁹ pater vnā
ſententiā vult reijcere tot ſanctis patrib: acceptatā. et eum ſuo arbitrio accep-
tare Unde Auguſtinū non admitto in .9. capite dixiſſe contraria vel aduerſa.
ſed diuerſa. Qm̄ ambas amplectat̄ ſententias qm̄ petra eſt Chriſtus. et petr⁹
fuit petra Quare maneo cū Ambro: Hiero: Cypri: Bernh: et alijs ſacris con-
ſilijs ac decretis.

¶ Secundo. Cum ab oſtiaria ſumpſiſſet argumentū reuerend⁹ pater meam
ſententiā debellatur⁹. iuſſi eum vt grāmatica ratione verba Chriſti meli⁹ pō-
deraret. omniū em̄ cōſenſu Matth: 16. ſuper hanc petram edifi: et tibi dabo ꝛc.
Chriſtus promiſit Petro. non tunc dedit. ſed dimittens Grāmaticā ſuā quā
dixit tamē plus valere reliquis ptibus phie. opponit quare tunc decreta fun-
dent ſe in illo loco Matth. 16. et ipſe me fundarim a qua iam recedo. Rn̄deo.
Quia Chriſtus eſt via veritas et vita. ideo indubitate credendū eſt eum preſti-
tiſſe Petro qđ fuerat pollicitus. Quare decreta recte argumentant̄ ab illo loco
vbi Chriſtus ꝓmiſit. ſed primo poſt reſurrectionē preſtitit. Sed tacite obijcit
Chriſtū non ſolū Petro. ſed om̄ib: apoſtolis hoc preſtitiſſe dicendo. Accipite
ſpiritū ſanctū quoꝝ remi: ꝛc. Noluit reuerend⁹ pater exprimere vbi ꝓmiſſum
principatū Petro dederit. nam in hoc cōueniūt doctores in cena Chriſtū diſci-
pulos feciſſe ſacerdotes dando eis poteſtatē ſupra corp⁹ Chriſti verum dicēs.
hoc facite in m: Lu: 20. et deinde in die Reſur: dediſſe poteſtatē ſupra corpus
myſticū Accipite ſpiritū ſanctū. Sed primatū et prelaturā totius eccleſie pro-
miſit Petro. paſce oues meas Johan: vlti: hinc Grego: Chryſoſt: et alij ſancti
patres teſtant̄. ait em̄ Chryſoſto: Eximius apoſtoloꝝ erat Petrus. et os diſ-
cipꝛ vertex collegij. vnde et negatione deleta ꝓmittit prelationē fratrū et Ho-
milia. 8. depeniten: Sed eadem nocte Petrus lapſus eſt et reſurrexit. poſt illū
tam grauē caſum rurſum eum ad priorē gradū duxit penitentia. et ei p totum
orbem terrarū eccleſie preſidentiā tradidit. Sic gloſſa. 1. Petri. 5. paſcite qui in
vobis eſt ait. ſicut dn̄s ſoli Petro totius gregis curā habere cōmiſit ꝛc. quare
prius ꝓmiſſum Chriſtus tunc preſtitit. Sicut et b. Grego: ꝯſentit. Cura toti⁹
eccleſie et principat⁹ Petro cōmittit̄. ſcꝫ paſce oues meas. Qđ ſi coram non
mōſtraſſem Ubi Chr̄us dediſſet. veritas tn̄ mentiri non poterit. et multa ſunt
facta que non ſunt ſcripta. vt eleganter docet Alex: 3. cap: cū marthe ꝛc. Sed
iterū opponit reuerē: pr̄ qꝛ poſt ſpūs ſanct: miſſionē adhuc Petr⁹ peccauerit.
et ſatis magnificauit pctm̄ Petri ſicut ſcribitur ad Gala. 2. Quāuis diſſenſio
fuerit primo inter apoſtolos Petrum et Paulū deinde inter eccleſie doctores
Hiero: et Auguſtinū. tamē non poſſum in hanc adduci ſententiā. vt aliquis
apl'orum poſt miſſionē ſpūs ſancti ceciderit in aliqđ pctm̄ mortale. ſicut illud
de ſcrificatis in vtero etiā nō admittit̄. At illud pter inſtitutū. dato tn̄ et minie
ꝯceſſo qꝫ ſ. Petr⁹ in ſimulatiōe ſua peccaſſet mortalit̄. adhuc manſiſſet petra ⁊
caput eccl'ie. niſi reue: pr̄ velit et hūc articulū Huſſiticū defendere qđ nō credo.
Nullus eſt dn̄s ciuilis. nullus p̄latus. null⁹ epiſcop⁹ in pctō mortali. qđ ſum-
mā faceret Chriſtiane religionis incertitudinem.

¶ Quarto. de decretis apud eū frigidiſſi: hoc dico. toties in eccl'ia ſummoꝝ pon:
ꝯſtitutiōes in materia fidei receptas. et qđ plus eſt. olim Roma: pon: epm̄ nō
cōfirmabat niſi mitteret ſchedā ꝓteſtatiōis fidei. in qua ꝓfitebatur ſe credere
Euangelia. quatuor Concilia. Synodos legittimas et decreta ſummorum
pontifi: ob eam rem Johannes papa Hilbrechtū Colonien: epiſcopū noluit
ꝯfirmare. qꝫ hāc fidei ſchedā nō pfecte obtuliſſet. vt legim⁹ can: optatū. 20. diſt:

D ij

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Quod vero Anacleti decretũ reiicit. diximus heri qua auctoritate id faciat vel
qua proba: Nam cum originalia ſint pre manib⁹ nullus adhuc dixit iſtud de-
cretum.ſ.martyris Anacleti non eſſe. Sed Nicola: Cuſanus Germanoꝝ do-
ctiſſ: qui fatetur ſe concordantiã fidei ſcripſiſſe ex originalib: illud Anacleti al-
legat. Fucum addidit reuerendus pater q: in tam.ſ.martyre non ſit talis in-
ſcicia vt exponat Cepham.i.caput. quaſi ad ſanctitatẽ vite tanta requiratur
ſcientia. Dicamus tamen vnum. q: Cephe aut Cephas debet eſſe Syriacũ et
hebreis quoqꝫ familiare. valens tantũ ſicut Petrus vel ſolidũ. vt Eraſ: poſt
Hierony: refert. addamus hoc et ſingulare qḋ Cuſanus chaldaice et hebraice
doctus in libris Excitationũ teſtatur Petrus etiam valere tm̃ ſicut caput do-
mus. Quare nõ tanta inſcicia laborauit Anacletus ſi Cepham pro capite in-
terpretatur. Sed vtcũqꝫ ſit. nõ video quo fuco poſſit negare alia decreta ſan-
ctorum martyrũ et confeſſoꝝ. vt Clementis 20: diſt: Marcelli. Iulij. Pelagij.
Nicola: Agathonis. Simonis. Vigilij. Benedicti ꝛc. Quare tantis patrib⁹
et ſacro concilio malo condeſcendere.

## Ad Scrupos.

¶ At omniũ inuitiſſime audiui ꝙ reuerendus pater contra Illuſtriſſ: principis
iuſſum quo intacta manere voluit Illuſtriſſ: princeps a ſacris concilijs deciſa.
reuerendus tamen pater in heſterna obdurnit ſententia. ⁊ quattuor propoſuit
articulos inter Huſſiticos ꝯdemnatos. quos reputat ipſe catholicos. et Euã-
gelicos. pulchre certe Bohemis patrocinat. Pro concilij tamẽ reuerentia vo-
luit ab impoſtore aliq̃ additos. Primo omniũ egregius doctor ⁊ nobilis Hie-
rony: de Croatia qui acta concilij curauit imprimi. tranſſumi fecit ſub for-
ma authentica. et cum res ita manifeſte acta ſit Conſtantie Huſſite tam diu
non reticuiſſent articulos aliquos eſſe ſubditicios. Neqꝫ poterit ſuſpicari re-
uerendus pater quod heri aſſumpſerat adulatoris pernicie in Roma: ponti-
In Iulio. ficem factum Cum Iohãnes Huſ anno.15. fuerit combuſtus Hiero: collega
In Maio. ſuus anno.16. Martino.5. primũ electo anno.17. ipſo die Martini quare ſan-
cti patres et viri inadulabiles ex omĩb: nationibus principalib⁹ adhoc depu-
tati. articulos illos diſcuſſerũt. ⁊ ſacro ſancta Synodus eos damnauit repro-
bauit et auctorẽ cõbuſſit. Ideoqꝫ a quolibet bono Chriſtiano pro ꝯdemnatis
et reꝓbatis habendi ſunt. nec imponat mihi reuerendus pater ꝙ velim de illis
articulis iudicare. quia iam iudicati ſunt. Non releuat ꝙ cum Synodus me-
minit aliquos eſſe hereticos. alios temera: ſeditio: et piarũ aurium offenſiuos.
qm̃ in quecunqꝫ ordinem redegerit illos arti: non poſſunt dici Chriſtianiſſ: et
Euange: et q̃uis non aſſumpſeri hunc laborẽ defendendi totam ſynodum in
articuloꝝ ꝯdemnatione. docamus tamen aliquid et breuibus.
¶ Articulũ primũ iudicat Catholicũ et eſſe Auguſtini c.6. ſuper Iohãne. dico
forte reuerendus pater benigniter interpretaſ articulũ. ſed q: res non ſermoni
ſed ſermo rei eſt ſubiectus. non fuerunt ſtupidi concilij definitores. Verum eſt
vnam ſanctã et vlẽm eſſe eccleſiã. ſed ꝙ ſit tantũ vna. ſicut eſt vnus numerus
predeſtina: ad Huſſiticã intelligentiã eſt hereticiſſimũ. quo ipſe voluit exiſtes
in pctõ mortali velut amiſſa fide non eſſe in eccleſia. cũ tamen regnũ celorum a
Chriſto comperetur decem virginib: Vbi quinqꝫ erant prudentes quinqꝫ vero
fatue. cum reliquis parabolis eidem ꝓpoſito deſeruientib: Neqꝫ Auguſt: tract:
26. ſup Iohannẽ facit totam ad Huſſiticũ ꝓpoſitum cõmunionẽ Eucharistie
ouili. et in fine qḋ et d. d. heri tetigit Apocalyp. 21. deſcribit Hieruſalē noua
cum duodecim fundamētis preter illud fundamentū capitale Chriſtus. et ti
ibi nihil differentie ponitur inter fundamēta duodecim qḋ oino faciendū erat
ſi tantū erat de primatu Petri ſentiendū. ad hoc idem valent plurime figure
in ſcripturis. vt duodecim boues. 3. reg: 4. maris enei. item duodecim Leun
culi throni Salomonis. duodecim lapides Iordanis et ſimilia. in quib⁹ omi
b⁹ prorſus omimoda equalitas oim apoſtoloꝝ deſcripta eſt. Nec poteſt vlla
inequalitas in ꝯtrariū pbari iure diuino. Hec ſint dicta pro iſta cōcluſiōe quā
ego vſqꝫ hodie veriſſimā credo. immo certe ſcio. nec ſpero poſſe eam vnqꝫ cō
uelli. Quare rogo d. d. egre: ex quo nullā adhuc poſuit auctoritatē diuini iuris
pro ſua ſententia. ſaltem diſſoluat aliquas clare et ſine diuerticulis. alioqui

non habebo eum pro recte ſentiente de ſcripturis theologo. et relinquo. immo refero ad iuditiū non inuidie neque vulgi. ſed ordinandoꝝ iudicū. et cuiuſlibet prudentis lectoris candidiq; auditoris.

## Eccius.

¶ Neſcio quid reueren: pater velit ꝙ ab initio ſermonis dicit me nihil rn̄diſſe ⁊ tamē in eius ꝑcurſu ſolutiões meas heri datas inuictas ⁊ robuſtiſſimas nitit̄ infringere. an illa ſibi conſtent ipſe viderit.

¶ Deinde ꝙ auctoritate concilij Conſtantien̄: non vult ſe artari. viderit ipſe. videant Judices ꝙ̄ iuſte fecerit. Nicenā Synodū non reſpuo in ijs que ſunt fidei. atq; mores reſpiciūt. vt ordinatiões epiſcopoꝝ ꝓ qualitate tempoꝝ ⁊ locorum mutari poſſunt. Poſtulat ex me vt ius diuinū ei afferam. qḋ etſi ſepius fecerim cōcluſio tamen mea illud non habet. ſed dūtaxat q: reuerendus pater in reſolutorio dixit Ro: eccleſiā ante tp̄a Syluestri non fuiſſe alijs ſuꝑiorem. qḋ in cōcluſione mea nego. tamē fateor primatū Ro: pontificis eſſe de iure diuino ſcd̄m allegata ꝑ me. Deinde reprobatur⁹ ſolutionē dicit diſtinctionē meā humano arbitrio inuentā quaſi nō liceat in theologia diſtinguere. ſicut Arri⁹ voluit Athanaſiū irridendo. nam nimis litere tenax dixit filium eſſe creaturā. ꝑ illud Pater maior me eſt. qḋ diluens Athanaſius diſtinguēdo Pater maior me eſt ſecundū humanitatē. ſed nō ſecundū diuinitatē. q: ſacras ſcripturas nō diſtinxit Arrius, eam nō recepit. ⁊ ita in errore ꝑtinaciter manſit. Sic in pn̄tia eum qui elucidant ſacram ſcripturā vitam eternā habebunt. Diuerſos paſſus ſcripture conferendo ne in ſacris literis ꝯtrietas admittat̄. diſtinctiones dande ſunt. ne litere nimis tenax occidat̄. ſed magis a ſpiritu viuificet̄ et quia Petrus alijs preferter ſepius in ſacris ſcripturis. ſepe eis equalis repitur. ad contrarietatē vitandā neceſſariū eſt diſtinctionē ponere. ſacre ſcripture conformē Sic et Hierony: innuit et Cyprianus ꝑ me allegati. et epiſtola. 9. qui et equalitatē apoſtolatus fatent̄. et tamē primatū Petro tribuūt qḋ fieri non poteſt niſi ad diuerſa referas. placet mihi apl'atum dicere officiū. ita tamen ꝙ etiā dicat honorem. ſunt eni ̄ iſta noīa ⁊ honoris et oneris vt dixi. qḋ apoſtolus ad Ro: indicat c. 10. quō euangelizabūt niſi mittant̄? De adminiſtratiōe iterū aſſentior reueren: pri̅. illam ſc; in tp̄alib: eſſe multo inferiorem ꝙ̄ illa in ſpūalib: Deum optimū rogem⁹ vt epiſcopi noſtri illud agnoſcāt. et ſpūalia non ꝑ vicarios ⁊ tp̄alia per ſeipſos adminiſtrēt Denotaui ꝗ̄ adminiſtrationē regiminis in ſpūalibus prārtue. nec obſtat ꝙ reuerendus pater dicit ſic ſe poſſe fingere Johan: cancellariū. Marcū ſigilliferū ⁊c̄. qm̄ vt Auguſt: ait liberis verbis vtunt̄ phi. nobis vero ad certam regulā loqui fas eſt ideo talia oportet afferre que fundamentū recipiant ex ſacra ſcrip. ſicut primū membrū apoſtolatus in apoſtoloꝝ equalitate. alterū membrū regiminis in Petri primatu. Unde fateor robuſtiſſi: eſſe auctoritatē Pauli. ſed que mihi nec in vna litera aduerſet̄. cōtempſit reueren: pater ſimile ꝑ me adductū de ſchiſmatib: in ꝓuincia pſide carente. qm̄ iam ita ſit in regnis fideliū Hiſpanie Gallie. Anglie. Ungarie. que ſunt ſine capite ⁊ tamen ſtat pax q: cōcordia. inter illa miror quō reuerend⁹ pater tantarū cediū. belloꝝ. prelioꝝ. iam fuerit oblitus que non poteſt ignorare. Dicere nolo tam diuturnū diſſidiū ⁊ ꝑpetuum odium inter Gallos et anglos. Odiū etiam inueteratū inter Gallos ⁊ Hiſpanos. qui toties pro regno Neapolitano cum maxima Chriſtiani ſanguinis effuſione bella geſſerūt. ⁊ vtinā tandem pax eſſet ſtabilis et ꝑmanens. Unam fidem. vnum dominū Chriſtū agnoſco cum apoſtolo. ſed Ro: pontificē vt Chriſti veneror vicarium. Stat ergo prior ſolutio inuicta ⁊ valida meo ſaltem exili iuditio. de quo doctiores iudicent.

¶ Preterea obſeruand⁹ pater dicit verba Pauli ꝑ me non tacta Deus perſonam hoīs non accipit ſic minus ſoluta. forte obaudiuit. qm̄ tam ex Ambro: ꝙ̄ Hierony: adduxi eorundē verboꝝ ſententiā. Johānes eni ̄ ⁊ Petrus ideo te

Quia omnes ſumus ceci dixit Ecci⁹.

fuerant ꝛ analphabetici in lege. Paulus cōtra doctus fuit ꝓficiens ſup̄ mul-
tos coetaneos ſuos. vt de ſe teſtatur. noluit ḡ Paul⁹ reputare quales fuiſſent
Petrus et Johannes. quia pſonā hoīs deus non accipit. Ita em̄ elegit piſ-
catorē ſicut doctū ſcribam. ſed ꝑ hoc pꝛimatus nō tollit. ſed acceptio pſonarū
deo non imputaꝛ. etiā ſi vnum alteri ꝑelegerit. vt de Cornelio Petrus fatebat
In veritate cōperi qꝛ nō eſt accep: pſo: ap: deū veniam⁹ ad inducta ꝑ re: pꝛem.
¶ Apoſtolū citat pꝛima ad Corin: 12. qui coꝛpus myſticū deſcribens referat
aplos. ꝓphetas. doctoꝛes ꝛ nouiſſime adminiſtrationē. dico egregie quidem
aplm deſcripſiſſe. ſed pꝛimatū ibi nec negaſſe nec aſtruxiſſe. Inualidū eſt ergo
argumentū hic Paulus huiuſmodi pꝛimat⁹ non meminit. ḡ pꝛimatus nō eſt
in eccleſia. tum ꝙ pueri ſciunt locū ab auctoꝛitate negatiue nō valere. tū ꝙ etiā
in ſacra ſcrip: vno loco non expꝛeſſum. iuxta Auguſtini doctrinā lib: de doc:
Chꝛiſ: ex alio loco accipi debet. ſicut nos fecimus. pariformiter rñdemus ad
illud Apocalyp: 21. fateoꝛ. 12. ſunt fundamenta. ſint illa etiā figurata ꝑ duo-
decim boues ꝑ. 12. leui: ꝑ. 12. lap: Joꝛdanis. ſed in ijs numerus duodenarius
aploꝛum aſſerit. pꝛimatus ob hoc non negaꝛ. Ego aūt eū locū ob hoc induxi
ꝙ opoꝛteat paſſus ſacre ſcripture ꝯcoꝛdes oſtendere. ꝛ cum aplus vnū funda-
mentū Chꝛiſtū poſuiſſet ꝛ nemo aliud ponere poſſet. Petrū ꝑ hoc fundamentū
eccleſie negari non debere. qꝛ Johannes ꝛ ipſe ſanct⁹. duodecim poſuerit fun-
damenta. ꝙ niſi diſtinctionē acceperis de fundamento fundamentoꝝ. i. pꝛinci-
pali ꝛ de fundamēto ſubſtituto ſeu ſecūdario Paulū et Johan: nō ꝯcoꝛdabis.
¶ Secūdo loco induxit Petrū non potuiſſe oꝛdinare Matthiā. ſic ſpiritū ſanc-
tū ſegregaſſe Paulū ꝛ Barnabā. Rñdeo cum apoſtoli fuerint epiſcopi nō memi-
ni me reperiſſe in ſacra ſcriptura oꝛdinatos a Chꝛiſto epiſcopos. cū in vltima
cena pꝛimū eos oꝛdinauerit ſacerdotes. quare ꝛ illud in Petrū referre poſſum
ꝙ ad epiſcopatus oꝛdinationē. attamē. qꝛ aplatus officium a ſolo deo tributū
admitto. non mirū ꝙ diuinū poſtularūt pꝛeſidiū. ſoꝛtes em̄ miſerūt nō vulgari
moꝛe ſed vt ſacer Dionyſius teſtaꝛ ſoꝛs illa fuit ſpūs ſancti viſibilis apparitio.
Unde locus ille ꝓ pꝛimatu Petri facit. qꝛ pꝛimatū ſibi cōceſſum executus eſt.
In diebus illis exurgens Petrus in medio fratrū ꝛc. Sicut ꝛ de Saphira et
Anania. ſicut in excuſatione aploꝝ ꝙ non eſſent muſto repleti. ſicut in rñſione
et defenſione coꝛam cōſilio Judeoꝛū ꝛ alijs in acti: aploꝝ cōtentis. vbi regimē
ſupioꝛitatis exercuit. Unde Matthiā credo aplm a dño factū et a ſancto Pe-
tro epiſcopū oꝛdinatū. Sic ꝛ de Paulo dudū ꝯceſſi ꝙ aplatum a deo accepit.
abundanti⁹ eū laboꝛaſſe alijs fateoꝛ. Sed ad tertiū veniam⁹ qḋ videꝛ magis
facere ad ꝓpoſitū inter alia ꝑ reue: patrē adducta. qui cooꝑatus eſt Petro ad
Gala: 2. Et dico Paulū non ꝓmulgaſſe ibi ius diuinū. ſed narraſſe factū quō
et Petrus in acti: aploꝝ Corneliū gentilē iuſſus eſt in fide inſtruere. ꝛ genti-
in Antiochia vbi pꝛefedit et ſimiliter Rome. vbi tandē martyrio a Nerone gē-
Non eſt verum dixit Marti: tili coꝛonatus eſt pꝛefuit ꝛ docuit. ſimul cū Judeis ad fidem ꝯuerſis et conuer-
tendis. Unde clare liquet Paulū factū tunc narraſſe. Pꝛeterea ꝙ ſanc: Paulus
non meminit officij regiminis vel pꝛimatus pſidentie. ſed executiōis aplatus.
ſecundū quem apoſtoli diuerſas ſoꝛtiebanꝛ ꝓuincias. in quo et Petrus alijs
apoſtolis equalis fuit ſecundū Anacletū can: in nouo ſcḋm Hiero: cōtra Jo-
uinianū et ſup epl'a ad Galatas ſcḋm Cyp: in Epl'a. 9. ad Coꝛne: papam lib. 4.
Qua de re ſacra ſcriptura intelligenda eſt cum effectu vt aduertamus quādo
de officio apoſtolatus loquaꝛ. et quādo de regimine poteſtatis ſeu pꝛeſidentie.
non refert ꝙ reue: pater adhuc negat me adduxiſſe ius diuinū pꝛo pꝛimatu et
non diſſoluiſſe auctoꝛitates per eum inductas. qꝛ idem dicerem de eo. attamē
nullus ex ſanctis patribus ita intellexit auctoꝛitates per reuere: patrem in-
ductas ad negationē pꝛimatus Petri ſuper alios. ſicut ipſe induxit. Contra
vero pluriſariā ſancti patres intellexerunt auctoꝛitates per me inductas loqui

de pꝛimatu Petri. Unde circa illam ꝯcluſionē ſi aliquādo acerbius et durius quidq̄ʒ loquutus ſum contra reueren: patrem. nollem arbitremini in pſonam ſuam dictum. ſed cauſa ipſa que vertit̄ tam pregnans et neceſſaria mihi videbatur. vt verba aliq̄n acrioꝛa eſſent vtenda. In reliquis ꝯcluſionib: Eccianā ſemp̄ expſemini modeſtiā. vnde et ego iſtam ꝯcluſionem volo finire in p̄tia. q̄ reperem ſ. Petrū pꝛimatū totius eccleſie a Chꝛiſto tenuiſſe ex ꝓmiſſiōe et facta Matth: 16. ſicut intelligit Hiero: Ambꝛo: Cypꝛi: ꝛ alij. ex noiatione q: pꝛimus noiatur Matth: 10. ſcdm gloſſam ibidē. Ex ſolutiōe tributi Matth: 17. vbi ſolꝰ ipſe fuit equiparatꝰ Chꝛiſto. ſcdm Aug: et Amb: Ex eo q̄ Chꝛiſtus rogauit pꝛo fide eius indefectibili. ꝛ iuſſit eum ꝯfirmare fratres Lu: 22. ſcdm Chꝛyſoſt: et ſanctū Leonem. q̄ paſtoꝛ ouium Chꝛiſti cōſtitutus eſt Johannis vlti: ſcdm Chꝛyſoſt: et Grego: q̄ Chꝛiſtus ait ad Petrū ſequere me. non ſolum ſcʒ genere martyrij ſed et oꝛdine magiſterij. ſcdm Theophilū: q̄ ſolus iuſſus eſt Petrus venire ſup̄ mare ad Chꝛiſtū. vt ſic mundus per mare deſignatus totus ei ſubiectus ſcdm Bernhar: de Conſi: ad Eugen: et per alia ſupꝛius adducta reputo concluſionē illam a tot ſ. patrib: ꝛ nouiſſime a concilio Conſtan: ꝓbatam eſſe veram. nolo tamen inniti ꝓpꝛie pꝛudentie paratus captiuare intellectū meum et in ijs et quibuſcūq̄ʒ alijs iudicio iudicū oꝛdinandoꝝ ſedi apoſtolice et alioꝝ pꝛudentum et bonoꝛum viroꝛum

Soli deo gloꝛia.

## Hoꝛa ſecunda Martinus.

¶ Cogimur adijcere coꝛonidē q: egre: d. d. diluēs obiecta mea ſimul plurima oppoſuit et rurſus me r̄ndere coegit et quanq̄ʒ id voluiſſem pꝛeterire. tn̄ vt oꝛdinandis iudicib: ꝓ omnia meam ſententiā declarem paucis reſpondeo. Pꝛimū opponebat q̄ Petrus pꝛefabat electioni Matthie exhoꝛtās apl'os ꝛc. Credo ſūt nec ipſi d. d. videri per hoc ꝓbari pꝛimatū Petri ſi Petrus pꝛedicat. cum in ſupioꝛib: ipſe mihi reſponderit aliud eſſe aplatum et aliud adminiſtrationē regiminis. non recte ḡ dixit Petrū ſic p̄dicando exercuiſſe adminiſtrationē regiminis: alioquin et Stephanus erit pꝛimus et papa. q: et ipſe pꝛedicauit et multa fecit in populo. Et q̄ credit Matthiā apoſtolū eſſe epiſcopū oꝛdinatū a Petro. ſum contentꝰ vt credat quidquid volet. ego non credo niſi pꝛobet. Itē q̄ Petrus exercuerit pꝛimatū in ꝑcuſſione Ananie et Saphire poteſt dici ſed nō ꝓbatur. nam ſuſcitauit moꝛtuos q̄ et alij apoſtoli fecerunt. Item q̄ excuſauit apoſtolos ne viderent̄ eſſe ebꝛij. nec hoc indiciū eſt pꝛimatus. cum vt dixi egre: d. d. ſemp̄ diſtinxerit pꝛimatū ab omib: optib: ꝛ adminiſtrationib: cōib: ceteris. Item q̄ Petrus ambulauit ſup̄ mare et Bernhar: per mare interpꝛetat̄ mundū concedo. ſed nihil ad pꝛimatū. cum et nos calcare debeamus mundū. Illud libens tranſeo de fidei indefectibilitate rogante Chꝛiſto ꝓmiſſa. ꝯcedo em̄ fidem Petri nunq̄ʒ cecidiſſe. et ſi ipſe ceciderit a fide. Tūc em̄ latro credidit fide Petri. q̄n Petrus negauit. vt Aug: ait. longe aliud eſt fides q̄ʒ pꝛimatus. Item ꝛ illud q̄ Petrus dedit ſtaterem ꝓ Chꝛiſto et ſe in quo equiparatus dicit̄ Chꝛiſto. concedo. ſed nihil ad pꝛimatū. imo contra pꝛimatū. nam mox ſequit̄ vt et Hierony: interpꝛetat̄ ceteros apoſtolos ideo offenſos q̄ Petrum ſuſpicarentur foꝛe maioꝛem. ceperunt diſputare quis eſſet maioꝛ. Ideo Chꝛiſtus aduocato paruulo compeſcuit eoꝛum ambitionem et ſic ſequentia textus foꝛtius pugnant contra pꝛimatum quā pꝛecedentia pꝛo pꝛimatu. Illud Johannis vltimo q̄ ſoli Petro dictum eſt. Sequere me. interpꝛete Theophilo. ſit intelligendum non modo de genere martyrij ſed ꝛ oꝛdine magiſterij. nego Theophilum. cum q̄ Auguſtinus melius videatur ſentire dicens ſic. Sequere me temporalia mala perferendo. et ſi Auguſtinus non diceret. ipſe textus

Euangeliȷ̄ cõuinceret. Exijt eñ ſermo inter diſcipulos ꝙ diſci:ille non moreret cum audiſſent Chriſtũ dicentẽ. ſi volo illum manere quid ad te tu me ſequere. Ideo manifeſtiſſimũ eſt ꝙ de genere martyrij ⁊ paſſionis imitatio iſta intelligenda ſit. Quare ego rogo d. d. omittat noua adducere ⁊ preſertim ea que nõ faciunt ad rem. cum ⁊ ego poſſem inducere illud act: 8. vbi apoſtoli miſerunt Petrũ et Johannẽ tanq̃ inferiore et act: 15. Jacobus ſermonẽ Petri ⁊ confirmauit et mutauit. ſed nolui hec et ſimilia inducere. cum iam ducũ cõceſſerim primatũ honoris Petro. ſolumq̃ negauerim primatũ poteſtatis ſup ceteros apoſtolos. Hec eſt eñ illa pſona. imo et primatus honoris quã deus non reſpicit. vt ſupius induxi. non aũt illa pſona piſcatoris ⁊ paupertatis. vt Ambro: referente doctore expoſuit. Hiero: eñ melius de magnifica qualitate Paulum interpretat᷑ qua pſeudapl'i ad Gala: tanq̃ ab auctoritate Petri ſubuertere voluerunt. ſum eñ cõtentus optime ꝙ d. d. ſuã ꝓpoſitionẽ ꝑ auctoritates Hiero: Ambro: Bernhar: Leonis ↄfirmauit. precipue ſup hãc auctoritatẽ. Tu es petrus. modo mea ſententia vt in precedentib: dictũ eſt eiſdem et maioribus auctoritatib: ⁊ magis ad intentionẽ loquentib⁹ confirmatior habeatur. referens hec queq̃ ad iudicium vt ſupra.

## Eccius.

¶ Reuerend⁹ pater recludit hodie concluſa. ⁊ ea que velut acceſſoria ⁊ emblemata in cõcluſione adiecit Coronidẽ. repetit vt principalia ⁊ adeo metamorphoſin curat. vt ignorẽ an in opponentẽ vl' rñdentem ſit transformat⁹. ad rem breuib⁹. Nunq̃ ſomniaui illam ↄſequentiã Petrus predicauit ḡ fuit primus. Deiñ credulitatẽ meã de Matthia impbat et tñ rationẽ meã nõ diluit Matthias et ceteri apoſtoli fuerunt epiſcopi et non fuerunt ordinati a Chriſto nec ſeipſos ordinauerũt quare nõ niſi a Petro fuerunt ordinati quẽ Chriſtus paſtorẽ conſtituit. quare mecũ credat vel ad illud reſpondeat. De excuſatione patri imponit mihi nunq̃ cogitatũ ꝙ primatũ ſepauerim ab opib⁹ adminiſtrationis aliorũ apoſtoloꝝ. nunq̃ fuit mentis mee. immo allegaui b. Grego: alios epiſcopos vocatos in ptem ſollicitudinis. nõ in plenitudinẽ ptãtis. De Bern: ſuper tranſitu Petri ſup mare. dicit nihil facere ad primatũ. de quo miror quã dicere poſſit ſi Bernh: legit. nã ex intentiõe Bernhar: voluit ꝓbare ex hoc primatũ Eugenij ſup alios. et totum mundũ debere ei eſſe ſubiectũ. non ſic alijs epiſcopis vel apoſtolis. De ſtatere ex litera ſequenti vult elicere oppoſitũ. qḋ tamen non fecit. ſed Chriſtus murmur aploꝝum cõpeſcuit. At ego non meo capite. ſed ſanctoꝝ patrũ verba ſacre ſcrip: accipio. nam ex hoc b. Ambroſius voluit denotatũ Petrũ reliquis ſupiorem futurũ. qḋ ⁊ Auguſt: in queſt: Euãge: teſtatur expreſſiſſime. queſtio mihi non occurrit. quare noſtro ſenſui non innitamur. ſed ſanctis pr̄ib: De fidei defectibilitate tranſijt pater adducens tñ illud Auguſtini ꝙ fides quã Petrus negauit latro in cruce ſeruauit. et ego de illo dicto tranſeo. Sciat. tñ reuerend⁹ pater ꝙ ſanct: Cypri: verbis Chriſti innix⁹ voluit nullas hereſes Rome vel in alijs eccleſijs exortas. ſicut pridie dixi ꝙ in Ro: ſede fuerunt ducenti 2. 12. pape. et tamen ante eoꝝ amotionẽ nullus definitiue ⁊ ſententiã ferendo in fide errauerit. Ad Theophilũ quẽ ꝓ ſuo nutu negat. ſiue alicuius vel auctoritatis vel rõnis inductu. miror ꝙ Eccleſiaſticos pr̄es ita contemnit. qui ſophiſtis eſt admodum infenſus. Auguſt: induxit quod Theophilo non aduerſat᷑ Chr̄m loquutũ de genere martyrij. ſed doceat vbi Auguſtinus ordinẽ magiſterij negauerit. cum ibidem tracta. 124: de Petro fateatur eum fuiſſe abundantiore gratia vnum eundemq̃ primũ apoſtolũ. Et in epiſtola. 162. in Ro: eccleſia inquit ſemp apoſtolice cathedre viguit principatus. quare non me roget vt concluſionẽ noſtrã quã reputo veram. non defendam. ſuaq̃ adduxit de Petro miſſo in Samariã et per hoc primatũ ab eo ablatum. quaſi neſciamus aliquẽ mittere ſeipſum. vt filium dei a patre et a ſe

ipſo miſſum non noviter iſta ventilari ceperũt. ſed oĩa dudũ fuerunt ſoluta per Alpharũ. Johannẽ de turcre: et alios. ꝙ ſi Petrus Jacobo ceſſit Hieroſolimis in ꝯcilio. et loci ⁊ ſenectutis rõnem hũs primatũ petro nõ aufert. ſed vt videat aliquid facere tribuit primatũ honoris Petro. forte velut ambitioſo. cũ ex me audierit Cyprianũ. Hiero: ⁊ Anaclerũ. apoſtolos equalis fuiſſe honoris Ergo primatũ honoris reuerend⁹ pater tribuit Petro quẽ ſancti patres negant. contra primatũ regiminis negat Petro. quẽ concors ſanctoꝝ patrũ ſententia ⁊ concilij Conſtantieñ Petro tribuit. Deſinat ergo oro gloriari ſe ꝯtra tam ſanctos patres. ꝯtra tam celebre cõcilium ſe maiorib⁹ auctoritatib⁹ nixũ. ꝙ ſepe oſtenderim auctoritates ꝑ eum inductas. primatũ non negare alicuius ſancti patris ſententia. Quare potius cũ grecis ſero ſapientib: velut de Troianis dicitur tandẽ ſapiat Roma: pontificem verum Chriſti vicariũ. primum in orbe tenere locum. ſicut greci ipſi impator: patriarcha et primates hoc confeſſi ſunt ⁊ obedientiã fecerunt Roma. eccleſie anno. 1439: 22. Nouembris. ⁊ ſic fiat pax in dieb: noſtris que omnia vt ſupra cõmitto iudicio eorum. quorũ intereſt et intererit. ſoli deo gloria.

**Marti:** ¶ Non diſplicent oĩa ferme que loquutus eſt egre: d. d. precipue illud Aug: ꝙ apoſtolice cathedre principatus viguit ſemꝑ in eccleſia Roma: ſi addidiſſet et vnum verbũ ſcʒ principatus poteſtatis ſuper oĩes epiſcopos. et Bernhar: credo torquere textum de ambulante Petro ſuper mare. cum ſequentia manifeſte fidei tribuant ambulationẽ illam. non primatui dicente Chriſto cũ ſubmergeret Petr⁹ modice fidei quare dubitaſti. ⁊ ꝙ cupit vt credam ſecũ apl'os ceteros fuiſſe ordinatos epiſcopos a Petro apoſtolo. modo non placet obſequi. cum oĩes fuerunt epiſcopi equaliter Petro. vt textus per. Petrũ induct⁹ probat de Juda. Et epiſcopatũ eius accipiat alter hec de iſto.

**Eccius.** ¶ De epiſcopatu ꝙ etiã Judas fuerit epiſcopus iuxta illud pſal: ⁊ epiſcopatũ eius accipiat alter. dico epiſcopatũ ibi vſurpari pro apl'atu et non pro ordine epiſcopali Nam apud pleroſqʒ dubiũ eſt an Judas etiã fuerit ſacerdos. ſed hoc nihil ad rem. exijt tñ Judas buccella ſumpta quare dum in cena Chr̄us ordinauerit diſcipulos ſacerdotes Judas non fuit epiſcopus conſecratus. Cõmitto hec iudicanda vt alia.

## De Purgatorio.

### Contra nonam concluſionem argumentat Eccius.

¶ Non ſolũ apud Theologiſtas ſed etiã in ſacrra ſcriptura. in ſanctis pr̄ibus habet ꝙ vita hec preſens ſit ſtatus ⁊ termin⁹ merendi ⁊ demerendi. quare exiſtentes in purgatorio amplius mereri nõ poſſe ⁊ ſic non maiorẽ grãm accipe hoc ita eſſe ꝓbo ꝑ Jeremi: 25. reddã eis ſcd̃m opa eoꝝ. et ſcd̃m facta manuũ eoꝝ Ita etiã Paulus ait oĩes nos manifeſtari oportet ante tribunal Chr̄i. vt referat vnuſquiſqʒ ꝓpria corpis ꝓut geſſit ſiue bonũ ſiue malũ. ſcientes ergo timorẽ dñi hoibus ſuademus. Addo Hierony: vt gradatim deſcendã eo loco apl'm intelligentẽ. hoc dicit inqʒ ꝗdiu in mundo poſiti ꝑegrinamur a dño cõuerſatiõe bona id agamus. vt ei in futuro placere poſſim⁹. nõ vt quidã putãt ꝙ poſteaqʒ exceſſerimus e corpe ibi aliquid opantes ꝓmereamur. Idem fatet gloſſa ordinaria. Fruſtra ḡ hõ poſt corp⁹ ſibi hoc ꝓmittit qð hic compare neglexit. Ita etiã intellexit Ambro: ſolum facta corpis alibi pmiari. Ex quibꝰ liquet cũ grã augeat ex meritoꝝ rñdentia. et anie in Purgatorio nõ poterũt aliquid opari meritorie. ex allegatis nõ poterit etiã in eis augeri grã. Subſcribit aptiſſime b. Aug: in Encb: c. 109. ⁊ 110. ⁊ repetit eadẽ ṽba pricipaliter ꝗſti: 2. de. 8. dulcicij queſti: poſt m'ta. Quocirca ait hic oĩe meritũ compat ḡ poſſit poſt hanc vitã releuari quiſpiã vel grauari. nemo aũt ſe ſperet qð hic neglexit. cũ obierit apud deũ ꝓmereri. Ceſſat ḡ poſt mortẽ meritorij opis auctio. ceſſat et gratie auctio meritis reſpondens.

de pũrgatorio

## Martinus.

¶ Oppoſuit egre:d.d.duas diuine ſcriptu:auctoritates et quattuo: ſanctoꝝ
patrū Prima Hieremie.vbi deus dicit Reddam eis ſcdm opa eorū.miror ſa
tis egre:d.d.ꝙ hec et ſimilia arbitret contra me pugnare.cum ego in Reſo
lutorio meo multo plures adduxerim in hanc formā et expoſuerim quō nihil
contra me pugnent. Aut eque contra purga: pugnāt.cum em̄ diui: ſcriptura
tota prorſus nihil habeat de purgatorio.ſed om̄ia loquatur vel de inferno.vel
celo.volo hoc hac vna reſponſione ad om̄es auctoritates reſpōdiſſe.ꝙ non fa
ciant ad ꝓpoſitum.ſequenter et expōnes omniū patrū.niſi expreſſe meminerint
purgatorij.nā credibile eſt ꝙ quādo tractant ſcripturas ſanctas.ſenſum etiā
ſcripture ſancte ſequant. Ideoqꝫ alijs rationib⁹ ⁊ auctoritatib:doceri oportet
animas eſſe certas.et non augeri eas incharitate.

## Eccius.

¶ Cum reuerend⁹ pater plures ſe allegaſſe dicat auctoritates in reſolutorio ⁊
expoſuiſſe. vidimus.vidim⁹ quoqꝫ gloſſam ſuā ad textū nihil facere. qđ iam
oſtendem⁹.hoc quoqꝫ non accipim⁹ in ſacra ſcriptura nihil haberi de purga:
qđ dictum quidē Grecis et Piccardis eſſet fauorabile.verū Chriſtiane fidei ad
uerſum.vt recte meminit in reſolutorio. ſed ponam⁹ ſolutionē ſuā vnicam ad
aciem qua dicit adducta nihil facere ad ꝓpoſitū ꝗꝫ cōcinne reſpondit. Apłus
dicit vnumqueqꝫ recepturū ſcdm ꝙ in corpe geſſit. dn̄s pater dicit hominē re
cipere etiam ſcdm qđ in purgatorio geſſit Auguſti:dicit. Om̄e meritū hic cō
parari et dn̄s pater contradicit.etiā in purgatorio meritū compari. Hieronym:
dicit poſtqꝫ e corpe exceſſerim⁹ nihil nos ꝓmereri apud deum.d.pater contra
dicit poſtqꝫ e corpe exceſſerimus adhuc in purgatorio nos promereri Ita de
Ambroſio iudicent iam illuſtriſſ:dn̄ationes. excellentie et preſtantie veſtre an
ꝑ me inducta nihil faciant ad ꝓpoſitū que directe nihil dictis pr̄m ꝯriant.peto
ergo ꝙ vere ſoluat vel oſtendat.quō ad ꝓpoſitum nihil faciat nec miref quō et
ego plures ſum et adducturus auctoritates.vt manifeſtarium ſit hoc non eſſe
thelogiſtarū.ſed verorum theologorū.

## Martinus.

¶ Ego qui credo fortiter. immo auſim dicere ſcio purgatoriū eſſe facile pſuas
deor in ſcripturis de eo fieri mentionē quēadmodū illud Matthei inducit Gre
in dial:Nō remittit neqꝫ in hoc ſeculo nec in futuro.volens pctā quedā remitti
in purgatorio admitto et illud Machabeo:z. Sctā eſt et ſalubris cogitatio
ꝓ defunctis exorare ⁊c. Sed hoc volo ꝙ in vniuerſa ſcriptura non habeatur
memoria purgatorij.que poſſet ſtare in ꝯtentiōe et ꝯuincere.nam et liber Ma
chabeoꝝ cū non ſit in canone.ꝑ fidelib:potens eſt.ꝯtra ꝑtinaces nihil facit et
dictū Grego:faciliime elidit.ꝙ neqꝫ hic neqꝫ in futuro pctm̄ remittat.i.nūqꝫ.
Ideo nolo mihi ſuſpitiōez fieri ꝙ fauerē Bohemis et grecis.hoc ꝓ primo.
¶ Ad replicā:d.d.dicā nihil aliud ꝗꝫ qđ iam prius dixi.idem em̄ repetit.ideo ⁊
¶ Dixi em̄ in ſacris lr̄is nihil haberi de purga:ideo nō poſſe eas. (idē nō ideo.
neqꝫ expoſitiōes earū ad negotiū purgatorij aptari. Reddit aūt aut bonū bo
nis.aut malū malis poſt mortē. Medij ſunt qui in purgatorio ſunt.de quib:
dicte auctoritates nō loquunt.quib⁹ neqꝫ redditū eſt bonum neqꝫ malum.et
ſic purgatoriū per medium auctoritatū ſemper tranſijt.

## Eccius.

¶ Qđ ſe excuſat. credere ſe ⁊ ſcire purgatoriū eſſe bene accipio et prius noui.
ſed ꝙ negat in ſacra ſcrip:purgatoriū ꝓbari.hoc tanqꝫ falſum ⁊ grecanicū re
ſpuo.in ꝓpoſito manēs.quanqꝫ nec illud nec alia multo maiora ꝯtra ꝑteruos
et ꝑtinaces cōuinci poſſint. vt de Arrio et alijs pl̄rib: At ꝙ ꝓpterea illud dicat
nō reperiri in ſcriptura qꝛ cōtra ꝑtinacē cōuinci non poſſit.eſt om̄o captioſum

et religioni noſtre aduerſum. ¶ De libris Machabeoꝝ: quos dicit facere ꝓ fi⸗
delib⁹ ſed non eſſe in canone. et hoc inq̄ꝫ falſum eſt. q̄uis em̄ apud hebꝛeos in
canone nō fuerint. tn̄ eccleſia recepit eos in canonē vt pr̄ dn̄i pris Auguſti: libꝛ
de ciui: dei teſtat lib: 8. ꝛ ſanctus Jſido: in ſuis decretis ꝯſtitutionē inſerit qua
eccleſia libꝛos illos in canonē recepit. Qḋ in ſuo ꝓpoſito perſiſtere vult reueren⸗
pater allegata ꝑ me nō facere ad ꝓpoſitū que tn̄ de directo ei ꝯtrariant. Pꝛio em̄
ꝙ dicit auctoꝛitates illas reſpicere celū vl̄ infernū nō iuuat. q: de directo faciūt
mentionē de ſtatu merendi ꝛ demerendi. ꝛ hunc ſtatum diffiniūt moꝛte termi⸗
nari. Contra leuc: pater nullo ſancto doctoꝛe innixus audet aniab: a coꝛpoꝛe
exiſtentib: terminū merendi ꝓrogare. et merita purgatoꝛij in celo remunerari.
et ap̄lica clamat ſententia ſolū remunerari opa que hō in coꝛpe geſſit. quare
dicta in reſolutiōe ſua ꝑpendi ſed tanq̄ꝫ inſufficientia acceptare non potui. vt
illas contrarietates prius aperiat.

## Martinus.

¶ Pꝛimū ꝙ egre: d. d. dicit non ideo aliquid negandū eſſe de ſcriptura. q: ꝑti⸗
naces ꝯuinci nō poſſint. optie ꝛ veriſſime dicit. ſed loquoꝛ ego de his ꝑtinacib⁹
qui nos nr̄a auctoꝛitate et ꝓpꝛio iaculo ꝯfodere poſſunt. Euidens em̄ eſt libꝛū
Macha: ꝑtinere ad vetus teſta: q̄n̄ ꝗ ſanctus Hiero: cano: hebꝛeū ꝯſcripſerit ꝛ
eos ſolos libꝛos valere in ꝯtentiōe qui de canone ſunt definiat ſitq̄ꝫ in hac ſua
ſentētia receptus. facile nr̄o telo verberabimur niſi fidelib: ꝑſuadeamus.
¶ Scḋo ꝓbat libꝛū Machꝛ eſſe receptū in canonē. ꝯtendit ad equiuocationē. ꝛ
facile ꝯcoꝛdabimur Scio ꝙ eccl̄ia recipit hunc libꝛū et hoc dixi. ſed non poteſt
eccl̄ia plus tribuere auctoꝛitatꝫ aut firmitatis libꝛo q̄ꝫ ꝑ ſeipſum habeat ſicut
et ceteroꝝ patrū opuſcula a ꝓbat et recipit. ſed non ideo ꝯfirmat aut melioꝛa
reddit. tranſeo ergo iſta que in multis dicunt canon et canon.
¶ Tertio dicit auctoꝛitates inductas directe facere mentionē de ſtatu merēdi
ꝛ eundē moꝛte terminari. rn̄deo ſicut prius q: nihil de purgatoꝛio meminerūt.
ſed tn̄ de celo ꝛ inferno. ideo moꝛiēs ad celū nō meret moꝛiens ad infernū non
meretur. et ſic terminat vtriuſq̄ꝫ ſtatus merendi. alioquin poſſit eiſdem aucto⸗
ritatibus euidentiſſime pꝛobari purgatoꝛium.
¶ Quarto dici: me nullo auctoꝛe innixū ꝛ ꝓrogare tm̄ merēdi Itē merita pur⸗
gatoꝛij remunerata aſſerere. fateoꝛ. hoc em̄ feci vt diſputarē ꝛ audirē melioꝛa q̄ꝫ
ego nouerim. Ego em̄ nihil de purgatoꝛio noui niſi anias ibi pati iuuandas
opib⁹ et oꝛōib: nr̄is. paratus humiliter doceri ſi que plura de ipſo poſſunt tradi.
Quare ap̄lus ꝯtra me induct⁹ ꝙ ſolū opa in coꝛpe geſta remunerent relatiue
ad purga: accept⁹ eſt a dn̄o d. quomō iam dixi nō poſſe accipi. ſed ſolū ad celū
vl̄ infernū. iſta relatio ſi obſeruet pꝫ ꝙ nō pugnet ꝯ me aut demīabit purga⸗

## Nona Julij Eccius.

¶ Pꝛimo cū d. pr̄ dicit auctoꝛitates īductas nō intelligi de purgatoꝛio placet
q̄ ad hoc q: meritū ſolū in hac vita ꝗ purgatoꝛiū excludūt in hac vita. Deinde
certū eſt Auguſti. in Enchi: loqui etiā de purgatoꝛio q: ibidē ꝓbat anias ſuf⸗
fragijs viuoꝝ releuari. Et Hieroꝛ: increpat eos qui putant anias exutas me⸗
reri. qui purgatoꝛiū aſſerit Eſaie vlti: Qḋ vero dicit ꝯcluſionē ſuā eſſe diſputa⸗
tionē. q̄ſi nō hn̄s de ea magnā fiduciā. miroꝛ plurimū. cū iam poſt annū illam
ventilauerit ꝛ magnifico titulo diſputationē inſcripſerit ꝯ nouos ꝛ veteres erro⸗
res. ſuam quoq̄ꝫ recētioꝝ theologoꝝ nec ſtulto viriliter affirmat. ac ꝯtempti
eos theologiſtas nūcupat. ꝙ vero diuinat canonis equocatiōeꝫ. nō patioꝛ. q̄m
Auguſti. in illo li. 18. de ci: dei. eundē tm̄ maxie in pūcto aduerſariꝰ nō potuit
equiuocare. dicendo ꝙ nō fuerit in canone apud hebꝛeos. ſed apud eccleſiam.
Deinde exploꝛatū eſt. cū plura eſſent Euāgelia ſcripta auctoꝛitate eccl̄ie quatu⸗
oꝛ in cano: recepta. ꝛ ſic libꝛos Macha: receptos teſtatur ꝓlogus. tamē ab
eccleſia inter diuinoꝝ voluminū annotant hiſtoꝛias. Sed melius ad rem.

¶ Quia ſe fundat in hoc ꝙ purgatoriū non ſit in ſacris literis expreſſum. ꝯtra
quod eſt conſilij Florentini decretū. qđ et greci abnegato errore aſſumpſerūt.
Deinde plures loci ſacre ſcrip: vt illud. Tranſiuimꝰ per aquā ⁊ ignem et per-
duxiſti nos in refrigeriū. Illud Eccleſiaſtes. 4. de carcere et cathenis egrediſ
ad regnum. Illud Matth: 5. dixit dn̄s. Eſto conſentiens ⁊c̄. ne in carcerē mit-
taris. amen dico tibi non exies inde. donec reddas nouiſſimū quadrantē. Ubi
per carcerem intelligit locum purgatorij. ex quo homo non liberat̄ niſi plene
ſatiſfecerit. ſicut interpretat̄ beatus Grego: in loco rn̄dente ſup Lucam. Ratio
tamen Grego: quā reaſſumit beatꝰ Bernhar: ſer: 66. ſup Canticis eſt valida.
ꝙ Chr̄us innuat aliqua peccata remitti in futuro ſeculo. ſed aptiſſimus textus
eſt prima ad Corin: 3. Si cuius opus arſerit detrimentū patiet̄. ipſe aūt ſaluꝰ
erit. ſic tamen quaſi ꝑ ignem. Et dies domini declarabit. qꝛ in igne reuelabitur
Et vniuſcuiuſcꝫ opus quale ſit ignis ꝓbabit. ⁊ ibi de ſtipula. feno ⁊c̄. vbi btūs
Ambro: dicit apoſtolū expreſſe loquutū de Purgatorio. Idem teſtatur gloſſ:
interlinearis gloſſa quocꝫ ordinaria. ſubſcribit beatus Hiero: lib: 2. contra
Iouinia: beatus quocꝫ Grego: de purgatorio accipit qđ ⁊ beatꝰ Bernhardꝰ
ſuper Canticis facit. ⁊ ne quis obijciat mihi Auguſti: in encheri: c. 67. qui de
igne preſentis ſeculi verba illa poſſe intelligi ait. legat eundē cōpletius ibidem
et queſt: 2. de. 8. Dulcicij queſtio: ⁊ reperiet Auguſt: illa verba apoſtoli ſicut
ſunt manifeſtiſſima accipere quocꝫ de purgatorio. Quare nedū in libris Ma-
chabeor. qđ vtícꝫ eccleſie ſufficeret. ſed ⁊ in alijs ſcripturis purgatoriū aſſerit
niſi Gregorius. Ambro: Auguſti: Hiero: Bernhar: ſint de numero theologiſ-
tar. neſcio alioquin quō reuerendꝰ pater poſſit fateri ſe ſcire eſſe purgatoriū.
cum litere ſacre ſcrip: ita valide velit inniti. ⁊ cū clariſſi: ſint ſcripture teſtimo-
nia pro neotericis theologis. ipſe nec vnum locum in ſcriptura aſſignare po-
terit vbi merita vl' gratiā in purgandis augeri aſſerat̄. cū contra ſapiens dicat
Eccleſiaſtes. 11. et ſi ceciderit lignū ad Auſtrū aut Aquilonē. ad locū vbi ceci-
derit ibi erit Gloſſa ordina: i. locum quē hic tibi ꝑparaueris tunc habebis. qꝛ
in domo patris mei. ait Chr̄us. manſiones multe ſunt. certa manſio morienti
deputat̄. vltra quā ſuis meritis in purgatorio aſcendere nequit. Sic Damaſ:
lib: 2. c. 4. teſtatur. Scire aūt oportet ꝙ hoc eſt in homib. mors. qđ in ange-
lis caſus. ⁊ declarat hoc quo ad terminū merendi. Sic ſapiens Eccleſiaſtes. 9
Quidquid poteſt manus tua inſtanter oꝑare. ſicut ad illum ſenſum allegauit
deuotus ille ⁊ dignꝰ Eccleſie miniſter. Johannes Capiſtranꝰ. Ita hoc apl'us
docuit ad Gal: 6. Nolite errare deꝰ nō irridet̄. q̄ eīm hō ſeminauerit. hec ⁊ metet
quoniā qui ſeminat in carne ſua de carne metent corruptionē. bonum aūt faci-
entes non deficiamus. ergo tempus habentes operemur bonū ad oēs. gloſſa
qđ homo ſeminauerit ſcꝫ p̄ntis vite labore. Non ergo in purgatorio ſeminant
merita. ſed in p̄nti vita qđ ⁊ Chryſoſto: cōfirmat ꝑ illud Johānis. 9. me oꝑari
oportet opa eiꝰ qui miſit me. donec eſt dies. venit eīm nox qn̄ nemo oꝑari pōt.
Dies ait Chryſoſto: eſt p̄ſens vita Ideo Auguſt: hortat̄ nos debere oꝑari dū
viuamus ne per noctem ꝑueniamur. Accedat teſtis etiam b. Ambro: volens
apoſtolum loqui de tpe p̄ntis vite nobis conceſſe. vt iuſte cōuerſemur. Quare
egregius pſaltes ait pſal: 103. Exiuit homo ad opus ſuum ⁊ ad oꝑationem
ſuam vſcꝫ ad veſperā. Poſtremo. expreſſa eſt illa Auguſti: ſententia preter ſu-
perius allegata. vbi tamē purgatorij meminit. ſententia eſt eius cap: 3. de fide
ad Petrū. tempus adquirendi vitam eternam in iſta tm̄ vita deus hominibꝰ
dedit. Hiero: quocꝫ lib: 3. ſup illud ad Gala: 6. Unuſquiſcꝫ onus ſuum porta-
bit. oſtendit quō homies meritis ſuis iuuent̄ in hac vita. ſed vocati ante tribu-
nal quod fit in morte. tūc nec Job. nec Noe. nec Daniel poſſint ſtare pro quoſ-
quā. ſed vnuſquiſcꝫ portabit onus ſuum. nam vt pulchre b. Bernhar: docet.
in cuiuſcꝫ hoīs morte ꝑticulare fiet de eo iudiciū. qđ fieri non poſſet ſi adhuc

terminũ haberet merita ſua in purgatorio cumulãdi. et gratiã augendi. q: vt ꝓ Proph: Zachari: inquit adequabit gratiã gratie. gratiã glorie reddet in pro‑ portione ad gratiã fidei. ꝙ ſi etiã teſtimonia illa nõ eſſent ita clara. que tñ ſunt aptiſſima. hoc vnũ deberet reuerendũ patrẽ in ꝓpoſito abſterrere. ꝙ theolog⁹ abſq; theologico fundamento ꝓ ſuo arbitrio non exiſtens iudex. nec iudicis aſſeſſor: animab: exeuntib: terminũ merendi vult ꝓlongare. quare quo ad iſtã ꝑticulam concludendũ videtur animas in purgatorio ſatis pati et purgari a delictis. ſed maiorem gratiã non mereri.

¶ De ſcḋo principali quo negat aĩas in purgatorio eſſe certas de ſalute. hoc iterum arbitror nulla ſacre ſcripture auctoritate fundatum. in preſentia tamẽ ꝙ ſint certe de ſalute adduco illud Apoca: 5. Vidi in dextra ſedentis ſuꝑ thronũ ⁊c̃. Et nemo inuent⁹ eſt dignus aperire librũ nec in celo nec in terra nec ſubtus terram. In inferno indubitate nulla eſt dignitas librũ aꝑiendi. quare de purgatorio loquit̃. in quo etiã ſunt aliq̃ñ ſancti viri miraculis coruſcantes. ſicut de ſancto Paſchaſio teſtat̃ b. Grego: 4. dialo: ⁊ hiſtoria de ſancto Se‑ uerino Colonienſi epiſcopo. natione tamẽ Sueuo: Illud idem aſſerit ⁊ infra ⁊ oĩes cantabant in celo. in terra et ſubtus terram. Sed de ſalute quaſi deſpe‑ rantes non cantant. quare eo ipſo ꝙ ſacra anima tantũ ibi eſſe aſſerit animas certas de ſalute affirmat. Preterea in can: miſſe. vbi pro defunctis in purgato‑ rio oratur. ita dicimus. Memento dñe famulorꝫ tuorꝫ qui nos ꝓceſſerunt cum ſigno fidei ⁊ dormiũt in ſomno pacis ⁊c̃. Ipſis ⁊ omĩb: in Chriſto quieſcentib: Si ergo iuxta ſacratiſſimũ miſſe canonẽ aĩe quieſcũt in Chriſto. quõ poſſunt eſſe in tali turbatione ⁊ horrore quaſi deſperatiõis. ſicut declarat reuerẽdus pr̃ in ſuo reſolutorio conclu: 14. vſq; ad 20. non eñ video quõ in tali horrore tre‑ more. turbatione. et quaſi deſperatione. que omĩa maximã dicunt inquietudi: anime purgande poſſint dici dormire in ſomno pacis. ꝙ predicta omnia paci aduerſent̃. Sed tunc a veris Chriſtianis recte cenſebunt̃ in pace quieſcere dũ ſecure exſpectant terminũ ſue purgatiõis. hec ſunt ꝑtim que me mouerunt. et hodie mouẽt ad diſſentiendũ rẽpñ parat⁹ tñ ſtare iudicio ⁊ informatiõi aliorꝫ.

## Martinus.

¶ Tria ꝑ ordinem Egre: d. d. copioſiſſime contra me ꝓſequut⁹ eſt. Primũ ca‑ nonẽ ſcripture cõprehendere libros Machabeorꝫ. deinde purgatoriũ probari etiã alijs locis ſcripture. tertio conatus oſtendere animas eſſe certas de ſa‑ lute ſua. Reſpondeo. de primis duobus nulla eſt inter me et dñationem ſuam cõtrouerſia. ideo non erat neceſſe tot auctoritates colligere ad eam rem quam forte cõſtantius affirmo q̃ʒ ipſe. vt qui me ſcire ꝓfeſſus ſim eſſe purgatorium. ſed hic vertitur ſcopus an poſſet probari aĩas in purgatorio mereri ⁊ gra‑ tiam in eis augeri. tamen tranſeamus per ordinem.

¶ Primo dixit auctoritatib: heri adductis ſtatum meritũ ſolum in hac vita. ꝗ excludi in futura vita. qḋ ipſe intelligit purgatoriũ. ⁊ ſic aptat auctoritates ad purgatoriũ. ego aũt concedo de futura vita vel inferni vel celi. Adduxit etiam Auguſt: in enchi: loquentẽ de purga: ⁊ Hierony: increpantem eos qui exutas animas mereri aſſerant. vtrũq; concedo. me etiam reprehendit ꝙ dixerim me diſputare hanc ꝓpoſitionẽ quaſi non habens fiduciam de ea. qui magnifico titulo ſcripſerim ꝯtra nouos ⁊ veteres errores me diſputaturꝫ. ſententiã recen‑ tiorũ nec ſtulto viriſſem affirmarim ac ꝯtemptim eos theologiſtas noiarim. dico ſicut heri dixi me adhuc nihil ſcire de negotio aĩarum ⁊ purgatorij ⁊ hoc appellem errorem. qḋ quidã audent aſſerere qḋ ignorant. ⁊ opiniones patrum vt beati Thome Bonauen: et ſimiliũ quas ipſi nõ aſſeruerũt. ipſi tanq̃ʒ certos articulos fidei pronunciant. hos ego appello theologiſtas et non theologos. Opiniões tractari debẽt in ſcholis. in popolũ ꝑdicari vba ⁊ opa dei. Pſal. 8. Celi enarrãt gl̃iam dei ⁊c̃. Non ergo ego damno opiniones optimorꝫ pr̃m.

ſed reſiſto fabulis illis qui ex opinionib⁹ hominū nobis conflāt articulos fidei,
qđ non eſt boni theologi officiū. Qđ canonē ego equiuocauerim contra Aug:
lib: 18. c. 26. coegit me diuus Hiero: Item Euſeb: in hiſto: eccle: recenſēs ⁊ an⸗
tiquoꝝ auctoritates. ideo ſtat equocatio. cū aliter Auguſt: aliter Hiero. de an⸗
tiquorib: de canone ſentiunt et ꝑ ꝯſequens nullū robur argumēti in ꝯtentiōe
relictū eſt. an prologus Hieronymi inter diuina volumina libros Machabe:
enumeret non memini Tranſeo illud ꝙ quattuor Euang: auctoritate eccleſie
recepta ſunt. hec em̄ erit alia materia. Poſt hoc dicit cōtra ꝯcilium Floren: eſſe
ꝙ purgatoriū non ſit in ſcriptura expreſſum Rn̄deo conciliū nō poteſt facere
de ſcriptura eſſe qđ non eſt de ſcriptura natura ſua. ſicut nec eccl'ia potuit fa⸗
cere Euangelia. etiam ſi approbauit Euāgelia. Quare videam⁹ auctoritates.
Primo illā Pſal: 65. Tranſiuim⁹ ꝑ ignem ⁊ aquā. Rn̄deo non valet ad pur⸗
gatoriū. loquit̄ de ꝑſecutionib: ſanctoꝝ ſicut in multꝫ alijs locis pſal: 16. Igne
me examinaſti. Itē. 25. Ure renes meos et cor meū ⁊. 1. Petri. 1. Modicū ſi nūc
oportet cōtriſtari in varijs tentationib: vt ꝓbatio fidei veſtre multo ſit ꝓcio⸗
ſior auro qđ ꝑ ignem ꝓbatur. Et breuiter tropus eſt iſte vulgatiſſimus ſcrip⸗
ture. Per ignem et aquā intelligit tribulationes. ideo nimis heret in literis et
ſyllabis. qđ mihi imponit. d. d. qui ignem ꝓ purgatorio accipit. Item et illud
eccle: ꝙ aliquis de carcere ⁊ cathenis. egredit̄ ad regnū. Satis eſt clarus text⁹
de vanitate huius mundi diſputantis. ꝙ caſu vertente is qui nunc ſeruus eſt
fit rex. ⁊ qui rex eſt fit ſeruus. his et ſimilib⁹ auctoritatib: ſi cōtra negātes pug⸗
naremus nihil niſi ludibriū de nobis ⁊ eccl'ia aduerſarijs facerem⁹. quāq̄ȝ ego
libentiſſime oia hec admitto et ſi qua ſunt ſimilia. Tale et illud eſt Matth: 5.
Eſto conſentiens aduerſario tuo ne tradat te tortori ⁊c. Ubi ꝑ carcerem dicit in⸗
telligi ꝑ Ambroſiū locum purgatorij. libenter admitto. ſed q: alij patres in di⸗
uerſum expoſuerūt. preſertim Auguſti: de inferno et nunq̄ȝ egreſſuro exponit.
fit auctoritas dubia. fidelibus ſuadens reſiſtens non ꝯuincens. Ut id taceā ꝙ
textus ꝯſequentia ne patiatur quidē de purgatorio intelligi. dicit em̄ de ꝯſen⸗
tiente aduerſario et diſſentiente. volens diſſentientē damnabiliter ⁊ cōtra Chri
preceptū peccare. que ꝑtinent ad infernū non ad purgatoriū. Rationē Grego:
ꝯſentiente Bernhardo. dicit eſſe validam ꝙ deus remittit aliqua peccā in futu⸗
ro. Rn̄deo verū eſt apud fideles. ſed inualida apud reſiſtentes. Poſt hec dicit
eſſe apertiſſ: textū prima Corin: 3. ſi cuius. ipſe ſaluabit̄. ſic tamē quaſi ꝑ ignem
et Ambro: et Hiero: gloſſa ordina: ⁊ interlinearē. Grego: Bernhar: intellexiſſe
apoſtolū de purgatorio. licet Auguſti: alicubi de ꝑſſis ſeculi. igne eadē verba
poſſe intelligi dicat. Rn̄deo adeo non eſt aptiſſ: hic textus vt ego hodie fatear
cum multa excuſſerim. me adhuc neſcire germanū ſenſum Pauli. ita variant ſe
interꝑtibus. quanq̄ȝ ꝓ me libens admittā de purgatorio. verum cum apſtus
aptiſſime dicat Op⁹ vniuſcuiuſq̄ȝ ꝑ ignem ꝓbari. in quo igne dicit reuelandā
diem dn̄i. que declaret vni⁹cuiuſq̄ȝ opus. vt ſunt apta verba. meo tenui iudicio
videtur loqui de igne ꝯflagrationis et extremi iudicij. Aut vt Auguſt: tropo⸗
logice de igne ꝑſecutionis tpalis. qua maxime ꝓbatur fides et fidei doctrina.
et quecūq̄ȝ ſuper hec edificant̄. Quare adhuc nihil habet̄ ex ſacris literis ma⸗
nifeſtum de purgato: qđ in contentione valeat. Non ergo beatiſſi: patres de
nūero theologiſtarū habeo. q: purgatoriū cū eis confiteor. nec ipſi opiniones
et ignorantias ſuas de ſtatu animarū pro articulis ſanxerūt ſicut faciunt the⸗
ologiſte. Miratur dn̄s doct: quomodo poſſim ſcire eſſe purgatoriū. ⁊ ego nec
vnū locum habeā ꝓ me in ſcript: cū hec vt dicit clariſſi: ſcripture teſtimonia ꝑ
neotericis theologis facere putet. Reſpondeo non eſt neceſſe confiteri quo vi⸗
nouerim purgatoriū vel quecūq̄ȝ. Deinde hec teſtimonia clariſſi: pro purga⸗

torio ſunt adducta non pro ſtatu animarū in purgato: Jam illa auctoritas
Eccleſi:11. in quocūq; loco ceciderit lignū ſiue ad Auſtrū ſiue ad Aquilonē ibi
erit. vbi gloſſa ordina: intelligit locum quē hic tibi preparaueris. habebis. neſ-
cio quo ingenio ad ꝓpoſitum ducatur Si eīm per locum preparatū ꝛ humidū
intelligit purgatoriū. manendū erit ineternū in purgatorio. ſi aūt itelligit ꝙ ſi
hic preparaueris. i. merueris tunc non facit ad auctoritatē Eccleſi: Qui nihil
de merito loquit. ſed de morte hoīs. Tranſeo illud ꝙ Chriſtus dicit. In do-
mo patris ſui eſſe multas manſi: et ꝙ certa manſio morienti deputatur vltra
quam aſcendere nequit. totum pro me eſt. Scio ꝙ vnicuiq; manſio deputatur
poſt mortē. ſed non ſtatim ꝑuenit ad manſionē poſt mortem. niſi manſionem
iterum ꝓ purga: accipiat. et ſic morientes ab eterno regno ex cludit. Item et
illud Damaſ: Hoc homib⁹ mors qđ āgelis caſus. Reſpōdeo ſi ergo poſt mor-
tem ceciderit in purgatoriū ſequit ꝙ ineternū purgabit. aut oportet Damaſ:
ſicut ꝛ oīa precedentia intelligi de duab⁹ vltimis manſionib⁹ damnationis
et beatitudinis et non de purgatorio. Ita et illa Eccleſi:9. quodcūq; poterit
man⁹ tua inſtanter operare q: nec ratio nec ſenſus apud inferos eſt quo tu ꝓ-
peras. Si de purgatorio intelligit. iterum purgatoriū erit infernus. Ergo ſo-
lum de inferno citra memoriā purgatoriȷ̄ loquit. Johannē Capiſtra: libenter
admitto. ſed extra cōtentionem. Jam ꝙ apoſtolū Gala:6. dicit contra noſtrā
ſententiā loqui que hō ſeminauerit in carne hec metet et illud Johannis .8.
Venit nox qñ nemo poterit operari qđ Ambro: de preſentis tpis vita. exponit
quō meremur. clarū eſt ꝙ nihil facit ad rem. apoſtolus eīm non de purgutorio.
ſed de extremo iudicio loquit ꝛ Chriſtus ꝑ noctem ſalua tamē reuerētia Chry-
ſoſto: intelligit infidelitatē. vt clarum eſt ex proximo textu quā diu ego in mūdo
ſum tamdiu lux ſum mūdi volens ꝙ extra fidē Chriſti nemo poſſit bene opari.
tamē Chryſoſto: admitto. q: reſpicit ad extremū iudiciū. Auctoritas. pſal:103.
Exibit homo ad opus ſuum vſq; ad veſperā permittit trahi figuratiuo ſenſu
ad vitam ꝛ mortem hoīs. ſed genuino ſenſu et qui pugnet in cōtentione lo-
quitur de admirabili diſpoſitione dei. ꝙ hoīem ita diſpoſuerit ꝙ homo exeat
ad veſperam diei naturalis ad opationes ſuas et Auguſt. recte ſentit cap.3. de
fide ad Petrū temp⁹ adquerendi vitam eternam eſſe datum hominibus tamen
in iſta vita. quia vt dixi ſemꝑ ad futuram vitam reſpiciunt nō ad purgatoriū.
Et Hiero: ſup Gala.6. Vnuſquiſq; portabit onus ſuum ꝛc. et bene oſtendit ꝙ
homines meritis ſuis iuuent in hac vita. ſed vocati ante tribunal. quod fit in
morte tunc nec Job nec Daniel poſſunt ſtare pro quoq;. Reſpondeo qđ auc-
toritas eſt robuſtiſſima contra egre: d. d. q: ſi verum eſt hoīem in morte vocari
ante tribunal. et tunc nec Job nec Daniel poſſunt ſtare. fruſtra orat eccleſia
pro mortuis. et ſic negatur purgatoriū. Quare de tribunali nouiſſimo loquit
Hierony: poſt finitū purgatoriū. Bernhardū etiā induxit ꝙ in hoīs morte
agatur particulare iudiciū. qđ nou fieret ſi haberet terminū adhuc merendi.
Reſpondeo quidquid ſit de ꝑticulari iudicio cōſequentia non valet. Tranſeo
auctoritatē Zacharie adequabit gſam gratie. q: tropologico et bono ſenſu
exponitur. ſed non proprio. In fine huius articuli dicit etiam ſi non eſſent tam
clara hec teſtimonia. hoc tamen deberet me abſterrere theologū ꝙ ſic abſq;
fundamento ꝓ meo arbitrio cum nec iudex. nec aſſeſſor fuerim et tamen aīa-
bus exeuntibus terminū prorogarim merendi. Idem retorqueo in ipſum d. d.
cum nec ipſe iudex nec aſſeſſor fuerit et tamen animabus certum ſtatum iuxta
opiniones ſuas definiat abſq; fundamento. preſertim cum id nolit eſſe opini-
onem duntaxat (quod libentiſſime tolerarem) ſed certam ſcientiam.

## Hora ſcd̄a continua: diſputatio ꝑ eundem. d. Martinū qui dixit ſe declaraturum recte et candide de ſcripturis ſentire.

¶ Et quia mea ſententia nō ſatis intellecta videtur egre: d. doctori quantum poſſum aptius me expono. ꝙ ſcripture ⁊ ſancti patres antiqui in ſuis ſententijs reſpiciunt futurā vitam. qua vel ſaluant̄ vel dānantur anime. nihil de purgatorio interim cogitantes. ideo multe ille auctoritates que abnegant ſtatū merendi poſt hanc vitam. non ꝑtinent ad purgatoriū. qd̄ ſi adhuc non intelligitur. fingat̄ purgatoriū nullū eſſe. ſicut non fuit eius cogitatio in mentibus eorum. tunc adhuc ſtabunt ⁊ vere erunt omnes auctoritates inducte. ꝙ ante mortem eſt vita merendi. Deinde non ſic de meritis loquor animarū in purgatorio ꝙ aliquid operentur. ſed ꝙ recipiant gratiā ampliorē. cum apud omnes conſtet culpam nō remitti. etiam venialem ſine augmento gratie. ⁊ in purgatorio culpas remitti ſcribat diuus Gregorius in dialogorū. 4. Et recitat̄ diſt: 25. c. qualis. Sic tamē hoc aſſero: vt ꝓ opinione habeam. immo vt fatear ꝓ ignorantia. Soli deo credo cognitū eſſe ſtatum aīaꝝ in purgatorio.

¶ De cōtemptu indulgentiarū per Cōſtantienſe conſilium improbatū dicit reuereudus pater ſe illas non ꝯtempſiſſe fateor ingenue. ſi eo ſemp fuiſſet viſus moderamine ſicut ſe hodie expoſuit ⁊ forte eius interptationi eſt ſtandū. Et in ꝯſcientia ſine foro. tamen ſcriptus eius ſermo vulgaris aliam exhibet intelligentiā laicis. ſed hoc nihil ad me. Ad Gerſonē reſpondit admittendo. tamen arbitrat Gerſonē mihi aduerſari qui indulgentias tunc vtiles reputat qn̄ fide ſpe ⁊ charitate pcipiunt qd ego alias tenuerim poſſe fieri ſatiſfactionē in pctō mortali. dico ⁊ ipſum Chriſtianiſſimū Cancellariū hoc tenere aliquem poſſe ſatiſfacere de iniuncta penitentia in peccato mortali alioquin impudentiſſime agerent confeſſionū auditores. durantem imponendo pñiam. ſed an quiſpiam indulgentias in peccato mortali conſequatur nihil ad rem. ratio diuerſitatis eſt obuia. qm̄ indulgentie non ſolent concedi niſi contritis ⁊ confeſſis. ideo nō mirum ſi peccatores harum non ſunt capaces. q: indulgentie tm̄ valent quātum ſonant. Subiunxit reue: pater orōem dñicam Laici tm̄ valere ſicut horas canonicas clerici. ſi cetera ſunt paria. illud non admitto.

¶ De btō Grego: dicit ſe nondū receptam vidiſſe hiſtoriā. at tam ꝯſtantiſſima fama. ſicut b. Auguſt: lib: de tri: de Alexandria inquit hoc negare non pmittit negat aūt indulgentias eſſe ſatiſfactorias. ſed ſolū ſint remiſſiones bonorum operū. In hoc credo principali nos diſſentire ⁊ magnam ptem cōtrouerſie hic fundari. At prius memini indulgentias eſſe non remiſſiones bonorū operū. vt credit renerendꝰ pater. ſed remiſſiones penarū peccatis debitarū. Unde homo vere Chriſtianus accipiēs indulgētias non minora ſed plura facit bona opa ꝙ̄ ſi non conſequeret indulgentias. Sic aūt intelligo indulgentis eſſe ſatiſfactorias ſicut papa Sixtus. Clemens. 8. papa modernus declararūt. non qd ꝯſequutus indulgentias ſatiſfaciat ſed q: nullum malum manet impunitū. et nullū peccatū manet inultum (. can: ſicut primi de peni: diſt: prima.) Ita vicarius Chriſti diſpenſator eius theſauri vbi homo ꝑ poena peccati non reddit equiualēs ipſe ex theſauro ſibi cōmiſſo merito Chriſti ſufficientiſſimo illud recōpenſat. ⁊ ꝓ eo ſatiſfacit. Quare ꝯceſſi in priorib: indulgentias de ſe nō delere culpā. ſed penam ⁊ ꝙ ſit talis remiſſio penarū in indulgentijs et non remiſſio bonoꝝ operū. patet ꝑ illud Eſaie. Spūs dñi ſup me eo ꝙ vnxerit me ad annūciandū manſuetis miſit me vt mederer contritis ac predicarē captiuis indulgentiā ⁊ clauſis apertionem. Chriſtus eadem verba de ſe aſſummēs pro verbo Indulgentias remiſſionis nomē accepit. Sic theophilus ait vt beatus Thomas renarrat. nā prius ab inferis aīe oim tenebant donec venit qui predicaret captiuis remiſſionē. Deinde cōtendit reueren: pater merita augeri relictis indulgentijs. hoc ego nō video. qm̄ vt dixi non redimentes vel relinquētes indulgentias aliqn̄ iſtam pecuniā in bonis conuiuijs volunt cōſumere. non merita augere. fateor ꝙ aliqn̄ poſſet quis facere maius opus meritoriū cū illa pecunia ꝙ̄ ſi redimeret indulg: caſus non oportet ſpeculocari.

¶ De Jubileis celebratis non vult admittere acceſſiſſe conſenſum fidelium. et
ſuſpecta Bonifacij. 8. vita poteſt ſuſpectū facere eiꝰ Jubileū. dico ſatis mag-
num eſſe populi cōſenſum. ꝙ ex toto Chriſtiano orbe in Jubileo Chriſti fide-
les confluūt. quō alias cōſenſum fidelium ꝓbare poſſit non video. ꝙ conſenſu
principū dixi pro paſſagio ꝛ cruciatis a ſumno ponti: indulgētias datas. Re-
ſpondet parum cōficere ſi hic errauerint in re nihili. quaſi nihil eſſet Chriſti fi-
deles decipe et vnanimē Chriſtianoꝝ principū et regum cōſenſum in tam fal-
lacem deſcendere fideliū deceptionē.

¶ Preterea nullū ait eſſe decretū expreſſum ꝛ clarū ſup indulgentijs. Oppono
ei declarationē Sixtinam et iam nouiſſime declarationē moderni pontificis.
Ubi inquit Ro: eccleſiā quam relique tanꝗ matrē ſequi tenenē rradidiſſe Ro:
pont: Petri clauigeri ſucceſſorē ꝛ Jheſu Chriſti in terris vicariū poteſtate cla-
uium quarū eſt aperire tollendo illius in Chriſto fidelibꝰ impedimenta culpā
ſcʒ et penam ꝓ peccatis actualib: deletam. culpam quidē mediante ſacramē-
to penitentie. Penam vero tpalem ꝓ peccatis actualib: ſcđm diuinā iuſticiā
debitam. mediante eccleſiaſtica indulgentia poſſe ꝓ rōnabilib: cauſis eiſdem
Chriſti fidelib: qui charitate iungēte ſunt membra Chriſti ſiue in hac vita ſiue
in purgatorio indulgentias ex ſupabundantia meritoꝝ Chriſti et ſanctoꝝ et
tam ꝓ viuis ꝗ ꝓ defunctis apoſtolica auctoritate indulgentiā ꝯcedendo. the-
ſaurū meritoꝝ Chriſti et ſanctoꝝ diſpenſare ꝛc. Ubi clare determinat cum ſe-
quentibꝰ indulgentias non eſſe remiſſiones bonoꝝ operū ſed remiſſiones pe-
narū. que fiat cōpenſatione facta meritoꝝ Chriſti. et ꝙ rōcinabar eccleſiā tot
annis totam non erraſſe. Rñdit non totam eccleſiā erraſſe. q: ſemp interea fue-
rint quib: hoc negotiū fuerit ſuſpectū hinc vulgatū illud. Indulgentie ſunt pie
deceptiones fideliū. Ad qđ dico. Qñ alicuius rei habenda eſt ratio non quod
quiſqʒ dicat ſed qđ boni. docti. honeſti. et optimi ſtatuunt audiendū eſt. quot
eñ fuerunt ꝓbatiſſi: et honeſtiſſ: viri per totum Chriſtianū orbem in trecentis
annis ꝛ horum aliqui in cathalogū ſanctoꝝ relati non tamen indulgētias hoc
pacto ꝓbauerūt. Etiā ſi abuſus eis ſicut in omi re diſplicuerit. Thomas ſctūs
eſt Bonauentura Albertus Carmelita. Bernhardinꝰ et alij magni viri. Ales
Gerſon Capiſtranus ꝛc. qui tamē indulgentiarū conceſſionē non reprobarūt.
Quare nihil refert ꝙ Johanni wickleff ꝛ Ulrico Kalteiſen in Anglia. dño Jo-
hanni de weſſalia qui tamē hoc retractauit Maguntie. Bohemis indulgen-
tiaꝝ ꝯceſſiones non placuerunt. Quare cōcludamus indulgentias rōnabiliter
datas. ad dei honorē et fidei exaltationē nō eſſe inutiles Chrīi fidelibꝰ deuotis
non pſummentib: ſed eas cum humilitate ꝛ gratiaꝝ actione accipientib: abu-
ſibus reſectis ꝛ repulſis. vt ſic potius de tanto munere deo gratias agamus ꝗ
vt illud ſupbe cōtemnamus ſemp in animo habentes optimā indulgentiā eſſe
veram ꝯtritionem. Tamen omino ſi hodie expoſita ſententia fuit mens reue:
patris maluiſſem vt illud clare dixiſſet ꝛ ſimplicib: non dediſſet occaſionē aliud
cogitandi q: nemo eſt oim auditoꝝ. qui ſenſum hodie datū intellexerit in cō-
cluſione vndecima Dicere indulgentias eſſe bonū Chrīano eſt inſanire. Sunt
eñ veriſſime operis boni vicium. At ſum bene contentus de ſua expoſitione
quantum ad me attinet.

## Martinus.

¶ Contra ſolutiones meas opponit egregi: d. d. primo indulgentias non eſſe
remiſſiones bonoꝝ operum nec ſe vidiſſe qui hoc aſſereret. Sequi: etiā adhoc
indulgentias eſſe vere piculoſas noxias ꝛ damnabiles. eſſe potius eas vno cō-
ſenſu dantiū et admittentiū remiſſiones penarū ꝓ peccatis debitarū. Rñdeo
ſatis admiror quid hec verba d. d. velint. cum ſine dubio p penas pro peccatis
debitas intelligant omnes labores ſatiſfactiōis que tertia pars eſt penitentie.
Inter quos certe ſunt bona opera Elemoſine. orōnes. ieiunia. vigilie et ſimilia.

ad qͦ eſt expreſſus textus lib:5.c. Cum ex eo. vbi papa dicit ꝑ indiſcretas in-
dulgen:eneruari pñalem ſatiſfactionē Et oēs bulle indulgentiarū fermehāc
clauſulā habent. de iniunctis penitentijs relaxamus. Sed age dato ꝙ eſſent
pene et non opa. dico peius eſſe remitti penas q̄ opa. cum vita paſſiua et pe-
noſa plus pficiat aut proſit q̄ mere actiua. vt apoſtolus.2.Corint:11.cum in-
firmor tunc fortior ſum. Purius eſt eñ opus qͦ ſolo deo opante nobis paſſ-
entib:pficitur q̄ qͦ nobis coopantib:efficitur. iuxta illud Deutero:32. Ego
pcutiam ⁊ ſanabo. occidam ⁊ viuificabo quare ad ſenſum egre:d.d, plura ab-
ſurda ſequunt ex indulgētijs q̄ ad meū ſenſum ⁊ ſane neſcio an veriſſime dicā,
¶ Secundo nō poteſt cōcordare qͦ dixi indulgētias ſolum pigris eſſe datas ⁊
canones ſimiliter tantū pigris impoſitos. dico nō memini me dixiſſe canones
eſſe pigris impoſitos. ſi aūt dixi ſenſus meus eſt ꝙ ſtrennui et feruētes ſiue pe-
nitentes plus faciunt q̄ canones exigunt.
¶ Tertio contendit eas eſſe neceſſarias ad ſalutem quia expedit noſſe an pro-
moueant nec ne ad ſalutem.
¶ Etſi non fateat neceſſarias eſſe ad ſalutem expedit tamē ſcire ꝓmoueant ſa-
lutem nec ne. Rñdeo nec hoc eſt neceſſariū ſcire. ſed ſi nocerent saluti. Non eñ
eſt neſſariū ſcire non neceſſaria ad ſalutem.
¶ Item ꝙ intereſt an papa per merita Chriſti poſſit remittere. neſcio an inter-
ſit. De meritis Chriſti poſtea.
¶ Poſt hec dicit meā ſententiā deſtruere dicta Cōciliorū ⁊ indulgentiarū lar-
gitiōem que ꝯmuni forma cōcedunt contritis ⁊ confeſſis. Rñdeo non ideo de-
ſtruit mea ſententia dicta Cōciliorꝝ. q: ſunt contriti et cōfeſſi qui pigri ſunt ad
ſoluendas ſatiſfactiōes quos ſcrip:etiā infirmos vocat ⁊ ꝓpter hos damnāde
non ſunt indulgentie. ¶ Reprehendit etiā in me ꝙ vſurpaui dictū Senece non
quis ſed quid dicatur. ꝙ in his que ſunt fidei attēdere oporteat etiā quis dicat,
Reſpōdeo hoc nō eſt ad ꝓpoſitum. quia materia indulgentiarꝝ nō eſt materia
fidei. Deinde in materia fidei multo maxime opus eſt attendere non quis ſed
quid dicat. quia non eſt reſpectus pſonarū habēdus, ſicut manifeſte ꝓmonuit
Matth.7.& 24. Attendite a falſis ꝓphetis, qui veniunt ad vos ⁊c. Item multi
veniūt in noīe meo dicētes, Ego ſum Chriſtus. ⁊ Johānis.10. Oues mee vocē
meam audiunt. Proinde etiam ſummo ponti: non temere credendū eſt, vt ſit
regula Johānis apoſtoli. Chariſſimi ꝓbate ſpūs vtrū ex deo ſint.
¶ Dicit deinde periculum eſſe in errore indulgentiarꝝ ex eo ꝙ periculoſus error
habitus ſit eorū qui ordinib:mendicantiū ab initio detraxerūt. quicquid ſit de
detractorib⁹. per hoc non ꝓbatur error pīculoſus in indulgentijs. nec mor-
error eſt qͦ ordines mendicantiū vl' ſacerdotes eccleſiarꝝ errorem iudicauerint,
Per idem ad id qͦ dicit Conciliū non errare q: regitur a ſpū ſancto,
¶ Addo ego ſcꝫ in hijs in quib;regitur a ſpū ſancto.i.in reb⁹ fidei. Et vt alias
quando dicam non dixi erraſſe in concilio in dandis indulgentijs ſed poſtea,
tranſeo illud ꝙ remiſſionē peccatorꝝ intelligit remiſſionē penarū. cū ſepe pctm
ꝓ pena accipiat Machabeorꝝ.20. Ego nō ſepe inuenio pctm pro pena accipi,
niſi forte vbi de Chriſto ſcribit ꝙ peccata noſtra ipſe portauit. qͦ tñ ⁊ ipſum
nō auſim dicere ſimpliciter pro pena accipi. Sed hec extranea.
¶ Confutaturus illud ꝙ venias dixi eſſe vicium opis dicit eſſe ſubordinationē
finium in opibus ideo ſi venie referant in deum nō vicient opus. Reſpōdeo da-
exemplū ⁊ demōſtrandi. dixi eñ hodie raros inueniri qui tñ darent gratis et
ꝓpter deum. quantū dant pro indulgentijs. Ex fructib:ergo cognoſcetis eos.
imo ſi audiant melius ſe poſſe facere q̄ redimere indulgētias ꝓbabile eſt nul-
las eſſe redempturos indulgentias.
¶ De contemptu indulgen: dicit ſi fuiſſem vſus hoc moderamine ſtandum
eſt eius declarationi. Uerum vulgaris ſermo aliam indicat laicis intelligentiā

Reſpondeo, videat diligentius eundē ſermonē egre: d. d. ⁊ inueniet me expreſſis
verbis dixiſſe non eſſe cōtemnendas indulgentias, ſed relinquendas liberas.
neminē eſſe abſterrendū. ſicut neminem vrgēdum. eſſe videlicet pigrorū ſolatia
quare ſine mea culpa hāc declarationē ⁊ ſatiſ moderatā ſententiā nō intelligūt.
¶ Tranſeo illud de Gerſone vbi dicit aliud eſſe ſatiſfacere in peccatis et redi-
mere indulgen: in peccatis. Quia in ijs obſtat forma cōceſſionis. que ſolū cō-
feſſis ⁊ contritis pmittit indulgentias. illic vero ⁊ ipſe Johānes Gerſon ſecum
ſentiat. Dico, relinquēdo hoc tanq̄ȝ extra capacitatē intellectus mei. vere eni
non capio quō peccator poſſit ſatiſfacere in peccatis et non etiā poſſit recipere
licentiam non ſatiſfaciendi. cum plus videatur requiri ad operum perfectionē
quā ad omiſſionem.
¶ De Gregorio et ſi hiſtoria non habeatur recepta tamen famam dicit non p-
mittere negari. Dico fame temere nemo credat. et Tranſeo.
¶ Tandem ad id redeo ꝙ indulgentie ſint ſatiſfactorie ⁊ nō remiſſiōes bonoꝝ
operū. ſed penarū. fortaſſis contendimus in equiuoco ꝙ ſatiſfactoriū d. d. ap-
pellat q: pmittit virtute indulgentiaꝝ. vt non ſatiſfaciat et hec pmiſſio non ſa-
tiſfactionis pro ſatiſfactorio habeatur. Ego ſatiſfactorium appello qð implet
ſatiſfactionē non omittit.
¶ Adduxit etiam auctoritatē Eſa: 66. vbi Chriſtꝰ Lu: 4. legens ex Iſaia dicit.
ſpūs dñi ſup me eo ꝙ vnxerit me. predicare captiuis indulgentiā. vbi Chriſtus
remiſſionē dixit. Addidit Theophilū qui exponit ꝙ anime tenebant ⁊c. donec
venit qui predicaret captiuis redemp: ꝙ illa auctoritas nihil faciat ad rem ipſa
verba et conſequētia textus declarant q: Chriſtus ibidem dicit. Hodie im-
pleta eſt ſcriptura hec in aurib: veſtris. Deinde q: loquitur de vero anno Iu-
bilei. hoc eſt. de plenitudine tpis. de corona anni benignitatis ⁊ nō de remiſſiōib:
penarū. ſed de remiſſione peccatoꝝ. de qua tota ſcriptura loquit. cum Iubi-
leus Bonifacianus tanto poſt tempore ceperit. Item ꝙ neget augeri merita
relictis venijs tranſeo. q: non p hoc confutat ꝙ aliquādo pecuniā eandē vo-
lunt cōſummere in cōuiuijs.
¶ De Iubileis celebratis dicit ſatis magnū eſſe populi ꝯſenſum. ꝙ ad indul-
gentias fideles in toto orbe confluunt. excepta tamen Italia et Roma. nec vi-
det quō alias poſſim pbare cōſenſum fideliū. Reſpondeo cum conſenſum ego
probarem eſſe fidelium qui re patefacta ⁊ veritate indulgentiarū expoſita fide-
les ad confluendū moneret. nunc vero confluunt ignorantes quid et quare.
cum maior pars credat ſe rem neceſſariā et meritoriam facere.
¶ Poſt hoc de paſſagijs et cruciatis arbitratur egre: d. d. non eſſe rem paruí
momenti tot fideles decipi preſertim magnates. Rñdeo nec eſt res magni mo-
mēti q̄ņquidē ⁊ diuus Hiero: Matth: 23. de ſanguie Zacharie ꝓphe: dicit Nō
dānamꝰ errorē qui de pietate fidei deſcendit. ita et hic error eſt ſine dāno anie.
citra etiā lucrū pecunie. ꝙ deferūt p honore ſancte eccl'ie rectorib: eccl'iaꝝ. Qñ
ego dixi nullū eſſe decretū ſup indulgētijs oppoſuit Sixtinā ⁊ leoninā nouiſſi-
mā vbi declarant virtutes indulgētiaꝝ. Dico hec alia queſtio eſt. ego dixi nul-
lū eſſe decretū qð ꝓciperet indulgētias redimere. ideo non eſſe neceſſarias.
¶ In fine ad ꝓuerbiū illud indul: ſunt pie fideliū deceptiōes. Per qð volui nō
totam eccl'iam erraſſe. dicit non eſſe audiendū qð quiſq; dicat ſed qð boni et
honeſti viri ſtatuunt. Nunc vero aliqui etiam in ſanctoꝝ catalagū relati non
improbant indulgentias. Reſpondeo. nec ego ſane. hoc tamen addo ꝙ eccle-
ſia accipiens opiniōes. non facit ideo ex opinionib: veritates. Ideo ad iſtam
Leonis. 10. declarationem dico ſicut in actis dixi. non probari nudis verbis.
preſertim hominum indulgentias eſſe de theſauro Chriſti ſumptas et ſoluere
penas iuſticia diuina requiſitas licet opinionē nō damnē Nā vt dicā qð ſentio



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

cum Chriſti merita ſiue accipiant͛ vt ſuffragia. ſiue quocūqʒ mō ꝛ noīe. nihilo
minus ſunt merita Chriſti. nec ꝓpter vſum vel applicationē metamorphoſim
ſubeunt. Si aūt ſunt merita Chri gratia ꝛ veritas ſunt. iuxta illud Pſal: 24:
vniuerſe vie dn̄i miſericordia ꝛ veritas. ꝛ Johannis primo. Gratia ꝛ veritas p
Jheſum Chr̄m facta eſt. ibidem. Vidim⁹ plenū gratie ꝛ veritatis. Quare etiā
ſi angelus de celo aliud ꝑſuaſerit non credā eſſe in manu vllius hoīs gratiam
et veritatē dare. hoc eſt merita Chriſti diſpenſare. non tamen reſiſto pontifici.
ſed ad declarationē in actis me refero.

## Eccius.

¶ Quia vt dixi magna pars diſſenſionis iacet in eo an indulgentie ſint remiſſi
ones bonorū operū. vel penarū. vbi in meā ꝑtem dixi deſcendere eccleſie doc:
et Ro: ponti: Qui hacten⁹ de indulgen: ſcripſerūt. ſed hoc refellit acute ꝛ docte
rep̄f. Quia remittere penā eſſʒ remittere labores ſatiſfactiōis. iter q̄s ſūt bona
opa ꝯtra decretū Jnnocē: Jn ca: cū ex eo de Penitentijs ne pn̄ialis ſatiſfactio
eneruet͛. Dico bene remitti labores ſatiſfactiōis. ſed non ꝓpterea bona opera.
Q̄uis eñ oratio. ieiuniū ꝛc. ſint ſatiſfactiōes. tamē ſunt bona opa. etiam ſi ijs
non ſatiſfaciam⁹. Accedit ꝙ ſatiſfactio non ſolum ſit labore bonorū operū ſed
etiam ſatiſpaſſionis. Quare plerıqʒ volunt non debere cogi filium cōfeſſionis
ad ſatiſfactionē in ſe recipiendū. iuxta illud ꝯmune. Melior eſt vt cōfeſſor filium
cum parua penitentia mittat ad purgatoriū. q̄ʒ cum magna ad infernū. Nec
mirum ſi ponti: plenarias reſecuit indulgentias ad ſatiſfactiones penitēnales
eluendas ſi paſſim a prelatis fiant. Sic ꝑticula bulle de iniunctis penitēcijs. l.
que ſcd̄m iuſticiā diuinā iniungi deberet. vt doctores eccleſie de indulgentijs
ſcribentes declarant.

¶ Porro ꝙ argumentat͛ peius eſſe remittere penas q̄ʒ opa non accipio. q: pro
tanto pene ꝓſunt vt homo inſtruat͛ bene opari ꝛ ſic virt⁹ in infirmitate ꝑficit.
ſed hoc ad iudices. ꝛ q: errare in indul: eſſet animab: periculoſum vt hodie in
duxi. ideo eccleſie nō errant ſi ſolum pigros contritos volūt recipere indulgen:
Certe ad Carthuſianos venire non debent. Jn materia fidei dicit maxime at
tendendū quid dicatur. Ego aūt auctoritatē reputo in theologia potentiſſimā
et quod audire p̄cipimur ſedentes ſupra cathedrā Moyſi. ideo quis dicat at
tendere debemus vt captiuem⁹ intellectū. iuxta preceptū apoſtoli in obſequiū
fidei. ꝓpterea concila habita ſunt vt eorū auctoritate errores exterminarent͛.

¶ De mendicantibus tranſeo.

¶ Qđ vero ait conſiliū in ijs in quib⁹ regitur a ſpū ſancto non errare. dico ego
antiquoꝝ patrū ſequutus ſententiā. ſemꝑ debere preſumi ꝯſiliū regi a ſpū ſan:
q̄diu non ꝯſtat de oppoſito ſcʒ de illegitimitate cōgregationis.

¶ Sed adhuc fortiter ſtat reueren: pater in vicio boni opis ꝙ dans pecuniam
ꝓpter indulgen: alias nō datur⁹ quaſi hoc ſit viciū boni opis. Quererē a reue:
patre ſi ipſe cū ſuis fratrib: habet anniuerſariū alicuius principis vel nobilis
cū. 30. miſſis. q: dant͛ bone preſentie. alioquin non habitur⁹ anniuerſariū. an
hoc ſit vicium boni operis.

Martin⁹ du
bitat. Ecci⁹
ꝛ ſic non erit
ſalus oīs ca
rotā in cu:
culla quā ex
tra

¶ De indulgētijs ab eo nō ꝯtemptis iudicent qui ſermonē vulgarem legerint.

¶ Porro reue: p̄r factus interpres me⁹ dicit indul: forte ſic factas eſſe ſatiſfac
torias. q: ꝓpter iſtas aliquis ſatiſfacere nō teneat͛. non iſte eſt ſenſus meus ſed
q: hō deberet ꝑ peccatis etiā ꝯtritis ſatiſfacere de ſuo. ꝛ ꝑ indulgentias ſatiſ
facit de alieno q: ſum: ponti: dat ei de theſauro eccl'ie. vnde ſoluat. vt ſic iuxta
ꝯmunē patrū ſententiā etiā in indulgentijs pctm̄ non manet impunitū. ſaluo
eo ꝙ etiā de ꝓprio ſatiſfacere nō poſſet. non accedentib⁹ Chr̄i meritis.

¶ De ꝯſenſu fideliū credo neminē eſſe tam ſtultū qui credat rem eſſe neceſſariā
indul: in iubileo. etſi exiſtimet iter Romanū eſſe meritoriū. nec hic errat. ſtat eñ
opus ꝑ qđ quis ꝯſequit͛ indul: eſſe meritoriū. ꝛ tā ipas indul: nō eſſe meritorias.

¶ Porro de verbis Sixtine ꝛ moderni pontificis nõ facio vim. q꞉ cathedrã Petri ſequo꞉ et eiꝰ ſententiã qui in ea ſedet q̃diu in hereſim q̃d abſit ꝓlapſus non fuerit. Scio eum non ꝓbare ſed deſinire. quẽ vt Chꝛiſti vicariũ deſiniẽdo arbitro꞉ eſſe indefectibilis fidei. Sed hec om̃ia eoꝛum committo iudicio quoſ‑ rum intereſt. paratus errata expungere ſi que oſtendentur.

Juſſit Martinus addere

Et ego

## Duodecima Julij Argumentatus eſt Eccius Reſpondẽte Martino De Penitẽtia.

In nomine tuo dulcis Jheſu.

¶ Contra ꝯcluſionẽ reueren꞉ pr̃is ꝛ ꝑtem ſermonis ſui de penitẽtia ꝓ defenſiõe optimoꝝ patrũ predicantiũ intẽdo ꝓbare penitẽtiam veram incipere a timore etiã pene. ꝛ q̃ bene quis ſe preparet diſcutiendo recogitando ꝛc. Eccius.

¶ Pꝛimo q꞉ talem modum p̃dicandi obſeruauit dñs Jheſus ꝛ eius precurſo꞉ ſanctus Johannes Luce eſt .15. filius ꝓdigus gerit typum penitentis ſcd̃m Auguſt꞉ de queſtio꞉ Euang꞉ Ambroſiũ lib꞉ 2. de penit꞉ c. 3. Chꝛyſoſto꞉ Hiero꞉ et alios. ſed eum ita ꝓponit nobis Chꝛiſtus q̃ in ſe ꝯuerſus dixit quantũ mercenarij in domo pr̃is mei abundãt panibus. ego aũt hic fame pereo. ſurgã et ibo ad patrẽ meum ꝛ dicam illi. Pater peccaui in celũ ꝛ coꝛam te ꝛc. Hic dñs Chꝛ̃s modũ penitentis deſcribens exponit pꝛimo motũ penitentẽ premioꝝ magnitudine. ſcꝫ abundant panib꞉ et timoꝛe pene. ſcꝫ hic fame pereo. quibus gradib꞉ euectus penitentiã verã cepit meditari ſcꝫ. ꝛ dicã pr̃ peccaui. ꝛ hoc Baſiliꝰ explanat. Tres ſunt ibi penitẽtie gradus. mercedis ſpes. ſuppliciоꝝ timo꞉ et bonitatis paterne ſyncera dilectio. ꝛ ſic anteq̃ꝫ fiat amicus dei qui extitit inimicus. efficit̃ pꝛius ſeruus. Sic Johannes incepit a timoꝛe. ꝓgenies vł̃ genimina viperaꝝ quis mõſtrauit vobis fugere ꝛc. Sic etiã in toto actũ eſt veteri inſtrumẽto vt Timoꝛe penaꝝ ad mandatoꝝ obedientiã hoies traherent. vt in legalibꝰ hiſtoꝛijs prophetis hoc vbiq̃ꝫ reperit̃. Sufficiat adducere vnũ locum Pſal꞉ 88. Si aũt dereliquerint filij eius legem meã. et in iudicijs meis nõ ambulauerit. Si iuſticias meas ꝓphanauerint Et mãdata mea non cuſtodierint viſitabo in virga iniq̃tates coꝝ ꝛ in v̓beribꝰ pctã coꝝ. cũ ꝯcoꝛdãtibꝰ. Quare p̃dicatores ſacrã imitati ſcripturã hactenus bonũ habuerũt modũ de penitẽtia paranda recogitando grauitatem peccatoꝝ. eterni ſupplicij ꝛc. Accedit ratio Dionyſiaca q꞉ ſic deꝰ res adminiſtrat vt ima ad ſupioꝛa ꝑ media ducat. Quare cum peccato꞉ ſit in imo. q꞉ non eſt dignus pane quo veſcit̃. volens aſcẽdere ad ſupioꝛa gr̃e h̄ faciat ꝑ mediũ timoꝛis. Bene eſſet ꝑfectiõis q̃ aliq̃s imerſus luto pcti poſſet ſe mero obtutu dilectiõis dei ꝛ amoꝛe iuſticie erigere ad gr̃am capeſſendã. ſed quis eſt hic ꝛ laudabimꝰ eũ? Jmo b. Auguſti꞉ aꝓbat modũ p̃dicandi nr̃e tẽpeſtatis docens expreſſe nullũ ꝑuenire ad charitatẽ ꝛ ad veram gr̃am niſi p̃cedente timoꝛe nõ filiali ſed etiã ſeruili. Auguſt꞉ eſt tract꞉ 9. Ergo incipiat timo꞉ q꞉ initiũ ſapie timo꞉ dñi. Cũ aũt ceperit charitas habitare pellit̃ timo꞉. qui ei locũ p̃parauit. quantũ eñ illa creſcit ille decreſcit. et quantũ illa fit interio꞉ timo꞉ pellit̃ foꝛas. maio꞉ charitas. mino꞉ timo꞉. mino꞉ charitas. maio꞉ timo꞉. Si aũt nullus timo꞉. non eſt qua intrat charitas (. Dat compatione.) Sicut videmꝰ ꝑ ſetam introduci linũ quo ſuit̃. ſeta pꝛius intrat. ſed niſi exeat nõ ſuccedit linũ. ſic timo꞉ pꝛius occupat mentẽ q꞉ ideo intrauit vt introduceret charitatẽ. Allegat illud Pſalmi. ꝯuertiſti luctũ meũ in gaudiũ. Et infra Sententia dicta eſt de ſcripturis. nam qui ſine timoꝛe eſt nõ poterit iuſtificari. opus ḡ eſt vt intret pꝛimo timo꞉ ꝑ quẽ veniat charitas. Timo꞉ medicamentũ. charitas ſanitas. Ex iſtis aptiſſime liquet q꞉ penitentia eſt medicinalis. et timo꞉ eſt medicamentũ ſcd̃m Auguſt꞉ et charitas nõ intrat niſi ꝑ timoꝛẽ. ideo bene p̃dicat penitentiã a timoꝛe incipere. Et nõ accipio q̃d reue꞉ pr̃ ab initio reſolutonũ

refert reuerēd· p̄ris Staupitij vocem quaſi celitus demiſſam. Penitentiā incipere
ab amore ⁊ dilectiōe. nam huic expreſſe reluctat̄ btūs Ambro: bonus aiarū
medicus in ep̄la ad Studiū vbi pena pſcribit̄. debet eſſe penitētia pctōꝝ. vbi
remiſſio donat̄. gr̄a eſt. precedit pn̄ia ſequit̄ gr̄a. neqꝫ ergo penitentia ſine gr̄a.
neqꝫ gratia ſine penitētia. debet eīm penitētia prius dānare pctm̄. vt gr̄a poſſit
illud abolere. Illud idem teſtat̄. Chryſoſto: toto libro de cordis cōpunct: Et
Homilia. 80. de peni: Et ſermone. 29. Addo etiā Iſido: lib: 2. de ſummo bo:
Capi: 12. Cōpunctio cordis eſt humilitas mentis cum lachrymis exoriens de
recordatiōe peccati ⁊ timore iudicij. Et toto libro de contri: cordis. Et ſpeculo
pctōꝝ August: nihil aliud agit immo hortat̄ pctōrem volentē penitere vt recogi
giter tres abyſſos ſcꝫ pctōꝝ ſuoꝝ. penarū. ⁊ iudicioꝝ dei. Sic btūs Bernhar:
ſup Canticis ſer: 16. ⁊ alijs pluri b: locis Grego: in moralib: lib: 2. et. 5. ⁊ ītē ſup
cap: 29. Job Lib: quoqꝫ. 2. ſup Ezechi: vbi Homilia. 19. inquit. Scriptū eſt.
Initiū ſapientie timor dn̄i. cōſtat ꝑcul dubio qꝛ a timore ad dn̄m aſcendit. nō
aūt a ſapia ad timorē reditur. Propheta ꝗ de celeſtib: ad ima loquebat̄ cepit
magis a ſapia ⁊ deſcendit ad timorē. Sed nos qui a terrenis ad celeſtia tendi
mus eoſdē gradus aſcendēdo numeram⁹ vt a timore ad ſapiam ꝑuenire va
leam⁹. Idē lib: 1. ſup Ezech: dixit duas eſſe pennas. ſcꝫ timorē ⁊ penitentiā que
tegere corpa dicunt̄. i. pctā. Ex quib: oīb: quo ad vnā ꝑticulā de timore volo
habere ꝯcluſam. bene p̄dicaſſe nr̄ē ꝑ̄eſtatis ⁊ ſuꝑioris p̄dicatoreſqꝫ penitētia
a timore incipiat. ⁊ ꝙ nitunt̄ ſermonib: ſuis in populo timorē dei ſeminare. vt
ſic ſemen diaboli extirpet̄. iuxta illud Origenis lib: 3. ſup Job. bonus eſt timor
pene ⁊ iudicioꝝ quē niſi demon expulerit nō poterit ſeminare ſemē pctōꝝ. Et ꝗ
deinde ꝯſectariū eſt penitentiā nō incipere ab amore ⁊ dilectiōe iuſticie Quāuis
ſi ſic inciperet fateor eā eſſe laudabiliorē et ꝑfectiorē ꝙ̄ ꝙ a timore pene inciperet
at fragilitas nr̄a id non patit̄ cui dn̄s Jheſus et p̄dicatores ꝯdeſcendentes illi
morē p̄dicant tanqꝫ gradū quo verum iuſticie amorem conſequamur.

## Martinus.

¶ Non eſt iſte modus ſcripturas diuinas feliciter intelligendi. vel interꝑtandi
ſi ex diuerſis locis diuerſa decerpant̄ dicta nulla habita rōne vel ꝯſequētie vel
collatiōis. immo iſte eſt canon errandi vulgatiſſim⁹ in ſacris literis. Oportet
ergo theologū ſi nolit errare vniuerſam ſcripturā ob oculos ponere. et ꝯtraria
ꝯrīa cōferre. et ſicut duo Cherubin aduerſis vultib⁹ vtriuſqꝫ diuerſitatis cō
ſenſum in medio ꝓpiciatorij inuenire. alioquin cuiuſlibet Cherobin vult⁹ ſege
diuerteret ſequacē oculū a ꝓpiciatorio. i. vera Chriſti intelligētia. ¶ Proinde nūc
ꝙ̄ mihi egregi d. d. remotior viſus eſt a ſacris literis ꝙ̄ hodie. atqꝫ eo magis ꝙ
cōcludendo fatet̄ laudabiliorē ⁊ ꝑfectiorem eſſe penitentiā. ſi ab amore iuſticie
inciperet. ſicut ego ſapio ꝙ̄ ſi a timore pene inciperet quaſi nō conandū ſit vt
laudabiliter ⁊ vt Johānes ait dignos fructus penitētie agam⁹. Nā hoc prius
nō accipio qd̄ dicit fragilitatē nr̄am obſtare quo min⁹ ab amore iuſticie peni
tentiā incipiam⁹. ſi ſcd̄m fragilitatē nr̄am agendū eſt. et ſcriptura exponenda
nunqꝫ penitebimus. ſed de die in diem peiores fiemus. Quare anteqꝫ rn̄deam
ſuis obiectis Primo declaro meipſum.

¶ Oīs bona vita neceſſe eſt vt inſtituat̄ ꝑ aliquā legem. ideo lex principiū eſt
penitētie cuiuſlibet boni opis. quare et in penitēte ante oīa oportet vel reuelari
vel ſuggeri legē ꝯtra quā fecerit ⁊ ſcd̄m quā facere debet. lege aūt manifeſtata
aut in memoriā reuocata mox ſequit̄ augmentū pctī ſi deſit gr̄a. Quia natu
raliter odit volūtas legē. vt ſunt exꝑſſa teſtimonia Pauli ad Ro: ⁊ ad Gala:
Ro: 5. Lex intrauit vt abundaret delictū. Gala: 5. Lex ꝓpter tranſgreſſiōes po
ſita eſt. Ideo b. Auguſt: de ſpū ⁊ lit: c. 3. Neqꝫ eīm liber arbitriū ante grāꝫ quidē
ꝙ̄ valet niſi ad peccandū. nō aūt ad penitendū. vt d. d. dicit (. hoc eīm Pelagia
nū eſt.) ſequit̄ Auguſt: Et cum cepit cognoſci ſe nō latere qd̄ faciendū eſt niſi

ſpũs ſanct⁹ diffuderit charitatẽ in cordib: noſtris. non diligit. non ſuſcipit nõ
bene viuit. Ibi clariſſi: dicit Auguſt: q lex dei non poteſt diligi niſi accepta gr̃a
ſpũs ſ. ſi aũt nõ diligit lex. õrium eius peccatũ non oditur. ergo impoſſibile eſt
penitere ante dilectionẽ legis. hoc eſt qd Ro: 4. apoſtolus vult Lex iram operat
hoc eſt mõſtrat peccatũ ſed non dat gratiã. vt odiat peccatũ. Ideo manet odiũ
legis et dilectio peccati. quantũlibet p increpatiões forinſecas aut intrinſecas
homo concutiat timore ſeruili. nam etſi abſtinet ab ope peccati. non tamẽ ab-
ſtinere poteſt ab amore peccati. hoc ꝛ Chriſt⁹ Johãnis. 6. docet vbi dicit Ne-
mo venit ad me niſi pater meus traxerit eũ. Concedo ḡ q lex. recordatio pec-
catorũ. intuitus penarũ poſſunt terrere peccatorẽ. ſed nunq̃ faciunt penitentẽ.
Reſpondeo ergo ad obiectionẽ pmã de filio pdigo. Luce. 15. vbi incepit pe-
nitentiã a recordatiõe magnitudinis premij. dicens abundãt panib: mercena-
rij ꝛc. Dico q hic filius pdigus incepit vere ab amore iuſticie. q: cõuerſ⁹ in ſe
cognouit primo bonũ. et ex cognito bono intellexit ſuum malũ. hanc aũt con-
uerſionẽ ſui in ſeipſum non habuit ex fragilitate ſua. aut ex timore pene ſicut
ipſemet d. d. dicit q timor pene poſt premiorꝝ magnitudinẽ mouerit. ergo non
incepit a pena ꝛ timore. habuit aũt eam ex trahente intus patre et dilectionem
inſpirante paterne domus. dum dixit quanti mercenarij in domo patris mei.
nam cum prius vixiſſet in peccatis bonũ. nec cognouit nec dilexit. nec peccatũ
odiuit. cũ tñ nõ poſſꝫ ignorare pctm̃. ḡ neceſſaria fuit alia affectio .I. amor boni
¶ Secundo induxit Johannẽ baptiſt: Lu: 3. q inceperit a timore dicens. quis
monſtrauit vobis fugere ꝛc. Reſpondeo aliud eſt predicare penitentiã. aliud
incipere penitentiã. aliud eſt predicare bonũ opus, aliud incipere bonum op⁹.
Predicator monet. terret. allicit ꝛc. ſed nihil ſequit niſi gratia mouerit volun-
tatem. Idem dico ad Pſal: 58. Viſitabo in virga iniquitatꝫ eorꝝ ꝛc. percuti po-
teſt peccator. ſed niſi gratia cooperetur nihil pficitur. vt Iheremie. 5. pcuſſi eos
ꝛ non voluerunt Et Iſaie primo a planta pedis vſq; ad verticem non eſt in eo
ſanitas. ſuper quo pcutiam vos vltra? q: nihil pfecit pcutiendo, Et ſatis ad-
miror egre: d. d. q oblitus luminis nature Ariſtotelis audeat ſtatuere alicui⁹
virtutis initium in timore vigente. cum ille tot verbis iam receptiſſimis. 3.
Ethicorum perſuadere conetur oportere eſſe voluntarium opus bonum et
libera voluntate fieri. At voluntas certe aut amor eſt. aut ſoror amoris. In-
de etiam dicitur oportere opus bonum fieri per liberum arbitrium Addo.
et illud q Chriſtus nunq̃ peccatores coegit timore ad penitentiã. ſed ſuaui-
ter allexit quoſcunq; vocauit vt Zacheum. Magdã: apoſtolos. ꝛ oẽs. Sicut
et apud Hieremiã. ca: 3. dicit. perpetua charitate dilexi te. ideo attraxi te miſe-
rans tui. Dico ḡ q timor dñi quidem neceſſarius eſt. ſed filialis. q: ſine amore
impoſſibile eſt ferre conuerſionẽ ſui. in qua terret conterit ꝛ humiliat peccator.
iuxta illud primo regum. 2. Dñs deducit ad inferos et reducit. Credo aũt etiã
ipſius. egre: d. doctoris ſententiã ꝛ oĩm ſcholaſticorꝝ doctorꝝ mecum eſſe. ꝛ cõ-
tra obiecta eius pugnare. cum omnes conſentiãt contritionẽ oportere fieri in
charitate. ſi debet eſſe bona et meritoria penitentia. qd ego ſane intelligo cõ-
tritionẽ fieri mouente ꝛ impante charitate. vt ſic ſit volũtaria hilaris amoroſa
penitẽtia. Ideo licet Johan: increpauerit Iudeos ꝛ terruerit. non ideo ſequit
penitẽtes incipe etiã a terrore. Aut ſi incipiũt a terrore. niſi acceſſerit gr̃a. hy-
pocrite ſunt verius q̃ penitẽ: Adiecit dñs. d. rõnem q de⁹ res ſic adminiſtrat
vt ima p media ducat ad ſupiora. qd aptauit ad timorem. volens peccatũ eſſe
imũ. timorem mediũ. amorẽ ſupius. qd ego, tranſeo et non accipio.
¶ Dicit etiam eſſe perfectionis ſi hõ poſſet ſe mere dei obtutu et amore iuſticie
erigere ad gratiã capeſſendã. ſed quis eſt hic et laudabim⁹ eũ. Reſpondeo. nec
timore nec amore poteſt ſe homo erigere ad gratiam capeſſendã. ſed gratia
preuenit et mouet ad merum dei obtutum et amorem iuſticie.

¶ Ad Auguſtinū qui doceat precedere timorē ante gratiā ⁊ intrante charitate
pelli timorē. Dico ſi recte intelligat admitto. hoc eſt. ꝙ penitētia nondū eſt in
cepta qn̄ timor precedit charitatē. ſed intrante charitate incipitur penitentia. ſ.
amor iuſticie ⁊ odium peccati. Si aūt charitas non intraret timor non operaret
niſi maiora peccata quare iſta ſimilitudo ſete et lini ꝓbatur mihi. modo nō in
telligat ꝙ timor inducat charitatē qđ ex ipſius. d. d. verbis capio ꝙ niſi exeat
ſeta non ſuccedit linum hoc eſt. niſi timor. qui impedit penitentiā veram pellat
per intrantē charitatē nunꝙ̄ vere penitet vt ſic dixerim. Ambroſiū inductū in
epiſtola ad Studiū ꝙ p̄cedit penitētia ⁊ ſequit gratia ⁊ alia. Item Iſidorū de
ſummo bo: Item tres abyſſos recogitandos peccatorū Bernhar: ſup can:
Gregoriū moralib: ⁊ alios patres qui docent a timore aſcendendū ad ſapien
tiam et penitentiā a timore incipiūt libenter admitto. ſed non contra apoſtolū
Paulū de lege et timore legis docentē intelligo. Dico ⁊ ego habita charitate
ſimul moueri hoīem ad timorē dei et ſic incipi penitentiā a timore in charitate.
alioquin ſtat firma ſententia. ꝙ timor penam habet. bonū non operatur. Sed
odit legē. Non ergo egre: d. d. concludit penitentiā nō incipere ab amore iuſti
cie. quantūlibet bonus ſit timor pene ex origine. non eīn timore pene ſed timore
dei penitendū eſt. ꝙ ille ſit ſeruus nō manſurus in domo. hic aūt filius ⁊ heres.
ideo ⁊ illud ꝓuerbiorū. i. Principiū ſapientie ti: dñi non admitto intellectū de
timore pene qui ante gratiā torquet hoīem infructuoſe. cū expreſſe dicat timor
dñi non timor pene. Timor pene potius eſt principiū inſipientie. Videat ergo
egre: d. d. vt non in vnum chaos cōfundat timorē ſeruilē. et timore filialem. ne
ſibi ipſe ſcripture et patrū intelligentiā precludat.

## Eccius.

¶ Reuerendꝰ pater fuco verborū conat ſe euoluere ex tam expreſſis ſacre ſcrip
ture et ſanctorū patrū auctoritatib: et vt hoc vobis ꝑſuaderet auſus eſt dicere
me longe fuiſſe alienū a ſacre ſcripture intelligentia. hoc loco diuerticulū q̄rens
de Cherubin ſe reſpicientib: Sed iudicent quorū intereſt vter rectius ſentiat de
ſacra ſcriptura vt ſuas ſolutiōes impertinētiſſimas excludā. Duo frequēt adducit
quorū in ſermone recitādo ſcd̄m viā ꝯmunē nō memini. nec vllus p̄dicatorū ꝙ
meminerim negauit. Et hūc quoꝙ̄ timorem inquantū diſponit ad veram pe
nitentiā p̄ueniri inſpiratiōe diuina. nam indubitatū eſt apud Chriſtianū cōtra
Pelagiū ꝑfidiam ꝙ ſalutis noſtre initiū deo inſpirante habemꝰ. quare non fuit
neceſſariū hoc afferre vel ob hoc modū p̄dicandi rep̄hendere. In vno tn̄ videt
michi equiuocatiōe falli. ꝙ hanc gratiā qua deus p̄uenit corda hoīm mouēdo
credit eſſe charitatē. cum ſit aliud gratuitū dei munus. et ꝑ hoc reſoluta eſt bti
Auguſt: de ſpi: et lit. ſententia. contra improbos Pelagianos. Alterū ꝙ dicit
timorem eſſe infructuoſum niſi accedente charitate. quis hoc vnꝙ̄ vel Scho
laſticorū vel predicatorū negauit. qui oīes apoſtoli Pauli ad corint: de chari
tate ſequuntur ſententiam?

¶ Porro ꝙ laudabiliorē dixi penitentiā que ab amore incipiat. aſſumpſit nos
debere illam facere. iuxta illud Johannis facite dignos fructus penitētie. nam
ſi ſcd̄m fragilitatē nr̄am eſſet agendū nūꝙ̄ penitebimꝰ. Dico nos quoꝙ̄ poſſe
facere dignos fructus penitentie. etiam ſi a timore incepimus ⁊ ad charitatem
p̄ueniamus. Et miror ꝙ d. pater vult nos facere angelos et fragilitatis noſtre
oblitus. cum btūs Grego: lib: 2. ſuper Ezech: expreſſe declarauerit ꝓphetam
deſcendiſſe de ſapientia ad timorē. ſed nos eoſdem gradus aſcendēdo a timore
ad charitatē p̄uenimus. Sicut multa alia fragilitati noſtre ꝯdonant. mentem
ſuam declaraturus oſtendit quō dilectio legis p̄cedere debeat penitentiā. ꝙ ꝑ
legem abundauit delictum. et ad Gala: 5. ⁊c. Dico verū eſt vt ſ. Auguſt. con
tra Fauſtū lib: 22. teſtatur Peccatū factum vel dictū contra legem ideo non
eſſe peccatū ſi nō eſſet lex ꝓhibens. ſed ſicut legis tranſgreſſiōe abundat delictū

ta legis obſeruantia augetur meritum: quare omnino iſta diuerticula ad ꝓpoſitum non conferunt et ſolutiones datas eſſe contra ſacre ſcrip: intelligentiam poſt prandium manifeſtabimus.

## Hora ſecunda Cōtinuauit Eccius ſemiplenam orationem.

Proſeq̄mur hodie īcepta

¶ Reuerendus pater ad illud de filio prodigo rñdit preceſſiſſe amorem iuſticie iuxta illud ⁊ conuerſus in ſe. q: memoriā paterne domus habuerit. ſed hoc nō diluit obiectū. q: cōuerſio illa fuit facta cōtemplatione pene. dum neminē haberet qui eum ſiliquis ſatiaret. durante em̄ pecunia non conuertebať in ſe ſed famelicus eſt cōuerſus in ſe. Accedit qđ b. Auguſt: ait verba eius fuiſſe verba penitentiā meditantis nondū agentis. ꝙ ſi cōuerſus in ſe fuiſſet amore iuſticie, iam penitentiā incepiſſet contra Auguſti: Quare ſolutio ſua propoſitum non infringit. et Baſilio manifeſte reluctať.

¶ Ad Johannē rñdit aliud eſſe incipere. aliud predicare. ⁊ alias dixit ꝑdicatores terrere ſed non facere penitentē per penarum cruciatū. Iterum euanida eſt ſolutio q: ſi Johannes predicauit certe intendebat fructū ſue predicationis et ⁊ quia inſinuauit eis timorē. ſignū eſt hoc pacto penitentiā auſpicari. Et noſtri predicatores predicant. quō incipiant ſcit deus.

¶ Porro ꝙ penitentie initium gratie tribuit. et noſtri predicatores et doctores nunq̄ꝫ negauerunt q: deus aſpirando preuenit.

¶ Preterea. Ariſtotelē nō vult acceptare in ſcholis theologicis et tamen audet eum mihi opponere. ſed dico ꝯſtantē eſſe ethnicoꝝ ſententiā. ſiſtendo in timore pene non eſſe ꝑfectam virtutem. iuxta illud. Oderunt peccare mali formidine pene. Ode: pec: boni virtutis amore ⁊c. nec opus virtutis debet eſſe coactum ſed lib: aliud tñ eſt lib: arb. īduci aliđ eſt lib: arbi: cogi. fateor Chr̄ꝰ bñuolis ꝟbis vocauit apoſtolos Zacheū. Magdalenā. ſed ipſuꝫ aliquādo durius vocare factum Pauli nobis innuit. de quo Auguſtinꝰ ait. 23. queſt: 4. can: quiſ. cui Chriſtus vim intulit quē coegit et in Euangelio de vocatione ad cenā dicit Compelle intrare. Sicut plurib: verbis beatus Gregorius in Homilia proſequit. Taceat ergo queſo reue: pater ſolum beneuolentē afferens vocationem.

¶ Preterea ſolum timorē filialem neceſſariū arbitrať penitenti de quo plurimū miror. cū hodie me ad verā ſcripturarū intelligentiā monuerit ꝙ ſeipſuꝫ primo non emendauit. nam ⁊ b. Auguſt: in loco hodie allegato ſuper Johanne loquit de timore ſeruili quē foras mittit charitas. et de illo dicit loqui ſapientem Initium ſapientie timor dñi. et ita de timore ſeruili intellexit gloſſa ſup Pſal: Iniciū ſapientie ⁊c. Metus iudicij ianua eſt conuerſionis ad deū et eſt gloſſa Caſſiodori. Sic gloſſa ſup illđ appoſtoli ad Ro: 8. Nō em̄ accepiſtis ſpiritū ſeruitutis in timore. dicit timorem ſeruilem eſſe bonum et a deo. Sic Paulus teſtatur illum bonum. 1. ad Timotheū. 4. peccantē corā oib: argue. vt ⁊ ceteri timorem habeant. Ita Auguſt: ſuper Pſalmis ait. et Longobardus eum renarrat in. 3. Timor ſeruilis eſt cū ꝑ timorem gehenne continet ſe homo a peccato quo preſentiā iudicis et penas metuit et infra. bonus eſt iſte timor ⁊ vtilis licet inſufficiens ꝑ quē paulatim fit conſuetudo iuſticie. Beda quoqꝫ exponit. Iniciū ſapiētie timor dñi. ſcꝫ ſeruilis quare aliud querat ſibi patrociniū ⁊ aliā det ſolutionē. qm̄ iſta ſanctis patrib: non cōcordat. Qđ ſi nolit dictis ſanctoꝝ ſtare habebit aduerſum ſe ſacre ſcrip: locos. nam dum timor dñi eſt initium ſapientie. adhuc charitas foris pellit timorem. ſed timor filialis iuxta dauid in eternū ꝑmanet. et in ſeculū ſeculi. Quare alius eſt timor quo ſapientia inciať. alius eſt qui cum aucta ꝑmanet. Unde cum reueren: pater negat timorē inducere charitatē. expreſſe ſancto Auguſti: ꝯtradicit qui in loco allegato hoc totū ait timorē. ſcꝫ ſeruilē eſſe initiū ſapientie. et ꝑ charitatē iterū expelli. Subſcribit

ſententie Auguſtiniane melliflu⁹ Bernhar: ſer: 52. ſup Canticis. quẽ breuit
tatis gratia non adduco. ſed etiã plus dico charitatẽ non ſic expellere timorẽ
ſicut vnum incõpatibile aliud. ſed ſucceſſu ad augmentationem gratie minui
timorẽ ſeruilẽ. et aucta gratia timorẽ omnino auferri. Nec refert ꝙ ponderabat
hodie dñs pater Timor dñi non timor pene eſt initiũ ſapiẽtie. qm̃ ⁊ timor pene
et timor reuerentie vterꝫ eſt dñi. et vterꝫ eſt a dño. ſola media timendi ſunt
diuerſa vt. Beda ⁊ alij per longobardũ inducti teſtant. preter Auguſti: prius
citatũ ⁊ ſatis liquet ex verbis Chriſti. ſi nihil aliud haberem⁹ Matth: 10. nolite
timere eos qui occidunt corpus animã aũt nõ poſſunt occidere. ſed potius ti
mete eũ qui poteſt animã et corpus ꝑdere in gehennã. ſi em̃ timor ſeruilis eſſet
damnabilis ſicut dicit reue: pater. cur Chr̃us nos ad eũ inuitaret: et Auguſti:
⁊ alios ita intellexiſſe confero in iudiciũ eorũ quoꝝ intererit.
¶ Inſup dicit ſcholaſticos om̃es cõcordare ꝙ cõtritio nullius ſit vtilitatis niſi
fiat in charitate. hoc quidẽ verum ſed ſecundũ Auguſtinũ ad charitatẽ nõ ꝑ
uenitur niſi ꝑ timorẽ. timor medicamentũ eſt charitas ſanitas. Unde nõ acce
dẽte charitate om̃es bene nouerũt timorẽ illum inſufficientẽ ꝓpterea in via illũ
cõſtituunt non in termino.
¶ Ad rationẽ ex b. Dionyſio ſumptã tranſiuit. ſed non aperuit d. pater cum
peccatũ ſit imũ ⁊ charitas ſupꝛius qd ſit mediũ ꝑueniendi a peccato in charita
tem ⁊ ꝓfecto aliud dare nequit ꝙ̃ Baſilius Beda Auguſt: Bernh: timorem.
¶ Deinde aſſumit gratiã ꝑuenire timorẽ ⁊ amorẽ. ꝙ ſi loquit de gratia motio
nis diuine qua deus nos aſpirando ꝑuenit fateor quidẽ tunc. ſi aũt loquit de
gratia charitatis. illud non accepto. q: illius que recte ſapientia in ſcripturis
appellat initiũ eſt timor dñi. Cuius timor iſte abſꝫ charitate ſit infructuoſus.
¶ Porro ꝙ Ambroſiũ Grego: ⁊ alios doctores admittit ſed nõ contra apl̃m
de timore leg̃ neſcio quas offundit nebulas. dicat clare. aut iſti ſancti patres
ꝑ me allegati repugnẽt dictis apoſtoli vel minus. ſi repugnãt dicto apoſtoli.
hoc oſtẽdat qd nunꝙ̃ fieri poſſe arbitror. cum in ſacris ſcrip: fuerint exercita
tiſſimi ⁊ ſpũ ſancto repleti. apoſtolũ Paulũ eque bene intelligentes ſicut nos.
ſi non repugnãt dictis Pauli ſtet eorũ ſententie ⁊ ꝑdicatores modũ cõtritiõis
et penitentie ꝑfatum docentes nõ improbet. nec ab hoib: pctõib: huiuſmodi
timorẽ ſeruilẽ vtilem ⁊ quaſi neceſſariũ mediũ excludat. Non releuat eum ꝙ eꝰ
iſtimat habita charitate moueri mentẽ ad timorẽ. qm̃ hoc eſſet cancrino more
retrogradi. cõtra bti Gregorij ſententiã lib: 2. Homili: 19. ſup Ezechiele Cõ
ſtat ꝓculdubio q: a timore ad ſapiam aſcendit. non aũt a ſapientia ad timorẽ
reditur. hab; ergo timor penam que charitate aucta minuit ⁊ totaliter abſo
betur. Preterea ob tpis anguſtiam alia in eodem ſermone cõtenta que tamen
om̃ino venirent diſcutiẽda niſi hodiernus dies ꝑfixus eſſet ad hãc materiã ter
minandã. ſicut eſt pũctus de ſigillata peccatorũ cõfeſſione in ſpẽ. vti meminit
Chryſoſto: ſup cap. 12. Matth. de puncto ꝙ ſcholaſtici ponant tres ꝑtes pe
nitentie. ſcꝫ contricionẽ. confeſſ: ⁊ ſatiſfactionẽ. quas prius poſuit Chryſoſto:
ſermone. 29. de peniten: De duplici mõ cõfitendi ſacerdoti. magna ⁊ alia dco
cũ alijs punctis que om̃ia prolixe poſſent tractari et excuti. ſed iacto iam fun
damento totum ſimul ſermonẽ. et ea que adduxi pro parte mea confero in iu
dicium iudicũ eligendorum.

## Martinus.

¶ Sperabã Egre: d. doctorẽ ꝯfutaturũ meas ſolutiões ꝑſertim ea que ꝑ fun
damentis ex Paulo induxerã de lege que ante charitatẽ non opatur niſi iram
⁊ auget pctm̃. Taceo ꝙ diſponat ad gratiã queadmodũ timor ſeruilis fruct⁹
legis irã opatur et auget pctm̃. At ipſe hec fortiter tranſiliens eandẽ cantı
lenã recantauit ac nobis hec nõ ſuccũ ſed medullã ſcrip: contendit perſuadere
diſcurram per ſingula.

¶ Proinde dicit non fuiſſe neceſſariū afferre ꝙ initiū ſalutis noſtre ſit ex deo inſpirāte Ubi ⁊ timorē diſponentē dari intelligit. Rñdeo hec plane om̄ia ſunt erronea ꝓpter verbū Pauli qui dicit. impoſſibile eſſe legem impleri immo pctā non augeri niſi ſpūs ſanct: diffundat charitatē in cordib: noſtris. Has auctoritates tam expreſſas oportuit cōfutatas et illam beati Auguſt: c. 3. de ſpū et litera. Cum ceperit non latere quō viuendū eſt niſi gratia donet non ſuſcipit. non bene viuitur. vadat ꝫ cum ſuo ſeruili timore qui nō oꝑatur niſi odiū legis ⁊ dei. ⁊ cum iniuria vocat diſponens ad gratiā.

¶ Inuenit etiam equiuocationē gratie aliam eſſe charitatē. aliam donum quo p̄mū mouemur. tranſeat hec diſtinctio nihil ad ꝓpoſitum. eſt eluſio verboꝝ Pauli. Clariſſimus eſt textus Pauli. niſi gratia ⁊ charitas faciat nos diligere legem. lex ſemper iram oꝑatur. hoc donum autem quo p̄mū mouemur nos diliget legem ſed charitas ſpiritus.

¶ Tercio cōceſſit timorē eſſe infructuoſum ſine charitate ⁊ hoc nullū negaſſe. Rñdeo cur ꝫ docēt infructuoſas penitētias ⁊ reſiſtunt mihi fructuoſam docēti. Relinquo hanc eſſe om̄ino ſubuerſam cū tot opuſculis Auguſtinus. ⁊ ſi Aug: non faceret tot fulminib: tñ vnus Paulus cōcludit oꝑa quecūqꝫ ante charitatē eſſe peccata ⁊ damnabilia ⁊ indiſponentia ad gratiā. Et ꝑ hec dicta ferme ad om̄ia ſua replicata rñderi poteſt. Ipſe quidē ꝓ more ſuo dicta ſcripture diſtinetempat ad dicta patrum. immo trahit ad intelligentiā ſuam quā habꝫ in patrib: cum potius contra. ſcripta patrū debeant conferri. et iudicari ad dicta (ſcripture.

¶ Quarto nō accipit qꝺ aſſumpſi nos debere facere laudabiliorē illam penitentiā. ſed dicit nos poſſe etiam dignos fructus penitētie facere. ſi a timore inceperim⁹. hoc ſcdm b: Auguſt: ſic expono. Si pctā peccatis addiderimus. cum vt ſepius iam dictū eſt quidquid ante ſanatā ꝑ gratiā voluntatem ſit fructus male arboris ſit. que non poteſt bonos fructus facere ergo per timorē ſeruilē nunqꝫ peruenitur ad charitatem.

¶ Quinto innixus Gregorio ſuꝑ Ezechielē qui deſcendat de ſapiētia ad timorem ſed nos contra deſcendere a timore ad charitatē docēti ſic Rñdeo ꝙ diu⁹ Grego: non debet excludere charitatē nec excluſit a timore incipiente penitētiā ſicut d. d. intelligit. ſicut nec a charitate excludit om̄is timor ſeruilis. ꝓſertim in hac vita. cum charitatis officiū ſit expellere timorē ſeruilē. atqꝫ id tota vita et inducere timorem filialem.

¶ Sexto ad auctoritates Pauli ꝙ lex ꝓpter tranſgreſſiones poſita eſt ⁊ auget delictū. dicit nihil eſſe ad ꝓpoſitum et me diuerticula queſiuiſſe. adducēs Aug: contra fauſtū lib: 22. peccatū eſſe dictū vel factum contra legem dei. Neſcio quid velit d. d. non eſt hic diſputatio quid ſit peccatū. ideo ſupfluis verbis hoc temp⁹ ꝑditum eſt. Scopus iſte verſat qꝺ auctoritate Pauli timor ſeruilis nō poſſit eſſe niſi pctm̄. ⁊ augere pctm̄ ꝑ virtutē legis ſi deſit gratia. Et ſic auctoritates Pauli non ſunt diuerticula. ſed fulmina cōterentia ſnām d. d. vſqꝫ ad puluerē. nō ꝫ ego ex hoib: angelos facio oblit⁹ fragilitatis. ſed doceo ne deos faciam⁹ ex pctōrib: dum obliuiſcunt fragilitatis ſue qua nō poſſunt niſi malū facere ante gratiā. ¶ Qꝺ conuerſionē filij ꝓdigi factā dicit ꝯtemplatiōe pene. nego. ad ꝓbationē ꝙ neminē haberet qui eū ſiliquis ſatiaret. dico niſi int⁹ fuiſſet tractus ⁊ in ſe ꝯuerſus. potius fame mortu⁹ eſſet qꝫ rediſſet. vt ſtet ſentētia. Nemo venit ad me niſi pater meus traxerit eū. ¶ Qꝺ Auguſt: dicit verba eius fuiſſe verba pñiam meditantis nondum agentis. ſpero ꝙ ꝓ me faciat. qm̄ meditari pñiam ꝓſertim meduilit⁹ in corde ſit certe incipere pñiam. ergo illud nondum agentis oportet de ꝑfectione ad extra intelligi.

¶ Idem ad Baſiliū dicet. ¶ De verbo Johannis bap: dicit euanidam eſſe ſolutionē ꝙ dixerim aliud eſſe pñiam docere. aliud incipere. Rñdeo Salua reuerētia egre: d. doct: non videt Paulū intelligere nec virtutē legis cognouiſſe.

¶ Lex enim docet quidẽ ſancta. iuſta. ⁊ bona. ſed ſola gratia. incipit. facit ⁊ ꝑficit ea. Ergo etiam ſi Johannes timorẽ docuiſſet eſſe initium penitentie non ideo ſequit penitentiã incipere a timore. ſicut ſi inſinuẽ quodlibet bonum opus per terrores ⁊ minas. nõ ideo incipit opus bonũ a terrore et minis ſed a charitate.

¶ Indignat ꝙ Ariſtotelẽ ei obiecerim in ſcholis theologicis quem tamẽ non acceptarim. fateor minor eſt ꝙ̃ vt valeat in theologica ſchola cũ ſeductor fuerit ſcholaſticoꝝ doctoꝝ. ſed ſatiſfacere volui concluſioni mee. ꝙ contra ſacrũ ſuum Ariſtotelem deſipiunt qui penitentiã a timore ⁊ non libera voluntate incipiunt Nam diſtinctionẽ de libero arb: coacto et inducto tranſeo. non enim veꝝ eſt ꝙ libeꝝ arb: vnꝗ̃ cogat ad bonum. aut cogi etiam poſſit. Si aũt cogitur in diuerſa rapitur. et coactionẽ ſui odit. ſola aũt gratia trahitur hoc eſt vere liberum efficitur. vt Auguſt: contra Julianũ lib: 2. et in multis locis.

¶ Ubi Chriſtũ dixi vocaſſe apoſtolos ⁊ Magdalenã blando tractu. cõtra opponit Paulũ vocatum eſſe durius et in Euangelio iuſſum eſſe ſeruũ vt cõpelleret intrare. Primũ ſatis admiror. ꝙ cum nos exemplũ Pauli ſoleamus adducere ꝓ defendenda gratia. ipſi nobis elabunt dicẽtes hoc eſſe miraculoſum factũ et non facere regulam. hic tamẽ egre: d. d. quaſi non ꝓ miraculo habens pro regula inducit. ſed hoc dimitto. Dico non potuiſſe Paulũ intus ex corde cõuerti niſi trahente gratia. vt beatꝰ Auguſt: cõtra epiſtolas Pelagia: docet gratiã dei facere ex nolentib: ac reſiſtentib: volentes et ſequaces. Ita et illud in euan. ſoluit ꝙ ſeruus poteſt ꝯpellere verbo ſed niſi dominꝰ ſibilet nihil ſequit.

Ut Eſa: loqt ¶ Ad illud Auguſtini intelligentis ſeruilem timorem in verbo Salomonis Initiũ ſapiẽtie timor dñi et illud gloſſe Pſal: 110. Merus iudicij ianua eſt cõuerſiõis ad deum. Reſpõdeo ſi adſit gratia alioquin ſeruilis timor ſine gratia (neq̃ enim Auguſt: excludit.) non operatur niſi iram. oportet enim ꝙ Auguſt: nõ pugnet. ſicut vere nõ pugnat. cum Paulo dãnante omĩa que ſunt extra grãm gloſſam ſup illud Ro: 8. non accepiſtis ſpiritũ ſeruitutis in timore. dicentem eſſe ſeruilem timorẽ bonũ potius reijcerem. tanꝗ̃ expreſſe contra textũ loquẽtẽ apoſtolus enim dicit. Non accepiſtis ſpiritum ſeruitutis in timore damnanteum. aut dico. ꝙ gloſſa textum non exponit.

¶ Illud apoſtoli ad Timotheũ argue coram omĩb: vt de ceteri timorẽ habeant d. d. ad ſeruilem timorẽ adaptauit. qđ reliquo. ego de filiali timore accipio donec aliter probet. ꝙ aũt Auguſt: magiſtro recitante lib: 3. dicit timor ſeruilis eſt cum ꝑ timorẽ gehenne continet ſe a peccato. quo penitentiã iudicis quo penas metuit ⁊c. Continet inꝗ̃ ſe a peccato externo tm̃. intus tamen auget odium iuſticie gehennam cõminantis. ⁊ infra. bonus eſt timor et vtilis licet et inſufficiens ꝑ quẽ paulatim fit conſuetudo iuſticie. hoc eſt meo iudicio conſuetudo deſperandi et odiendi deum ſi excludatur gratia. verum aũt eſt ſi includatur gratia. Non eſt ergo neceſſe vt dem aliam ſolutionẽ niſi d. d. egre: primo ꝓbauerit ſanctos pr̃es loqui de ſeruili timore excluſa gratia. aut charitatẽ nõ habere negotiũ in expellendo timore ſeruili. Quare que cõſequenter induxit de expulſione timoris. de initio ſapientie. et quõ expellat charitas timorẽ ſucceſſiue ꝑ augmentationẽ gratie. ex precedẽtib: ſatis intelligunt. Sup eſt robuſtiſſima auctoritas Matth: 10. quam vnam ſufficere putat. Nolite timere eos ⁊c. ſed timete eũ ⁊c. ideo non eſſe ſeruilẽ timorẽ damnabilẽ ad quẽ Chr̃us nos inuitat. Rñdeo primũ ſi hoc vult d. d. ꝯdicetur precedentib: vbi timor ſeruilis inſufficiens dicit. ideo eque abſurdũ eſt dicere Chr̃m nos docuiſſe inſufficientiã. Dico tñ ego non eſſe ibi ſeruilẽ timorẽ dñi. qr et filialis timor timet offendere deum et ſepari ab eo. Atq̃ etiã ſi de mero ſeruili timore loqueret nondũ intelligit excluſa gratia. immo incluſa. cum teſte apoſtolo et Auguſti: omĩs lex et doctrina ſit litera requirens ſpiritum.

¶ Conſenſit etiam ſcholaſticos vere dicere ꝯtritionẽ non valere extra charita:

rem. ſed non cõfutauit. ſtat ergo eorũ ipſoꝝ auctoritas contra eos. niſi ꝯfutet ꝯtritionẽ in charitate eſſe id qđ a charitate incipit fieri.

¶ Illud Auguſtini bene placet ꝙ timor eſt medicamentũ. charit: eſt ſanitas. timor ſcꝫ in charitate imꝑfecta et charitas perfecta.

¶ Rationẽ illam ex Dionyſio ſumptã de imo. medio et ſummo dicit me tranſſiliſſe et non aperuiſſe qđ ſit mediũ inter peccatũ imũ ⁊ charitatẽ ſuperiorẽ. fateor me libenter tranſiſſe vt qui crederẽ ipſi dño doctori ſatis eſſe ꝓſpectam hãc rationẽ nihil eſſe ad ꝓpoſitum. Dionyſius enĩ loquit̃ de ordinib: infinitis. medijs et ſummis at ego prorſus nullũ habeo mediũ inter pccm̃ ⁊ grãm. Sicut nec Chrſus qñ dicit. Qui non eſt mecũ cõtra me eſt, ⁊ iterũ. aut facite arborẽ bonã aut facite arborẽ malam. ſed et ipſum d.d. credo idipſum aſſerere. ꝙ gratia ⁊ peccatũ apud Scholaſt: immediate opponunt̃. Non accipit d.d. ꝙ gratiam dixi ꝯuenire amorẽ et timorẽ niſi loquar de gratia p̃me motionis. r̃ndeo ego cum apoſtolo ⁊ Auguſt: ſentio. ꝙ niſi lex diligat̃ (.qđ eſt charitatis ⁊ nõ p̃me motionis.) non bene viuit̃. ergo nec deus timet̃ nec colitur.

¶ In fine inſtruit aduerſus me cornutũ ſyllogiſmũ aut Ambro: Grego: aliiqꝫ repugnant dictis apl̃i vel non. ſi ſic qđ oſtendã. ſi non vt ſtem eorũ ſententie. R̃ndeo et ꝑ mediũ tranſeo non repugnãt dictis apl̃i. et ſto eorũ ſentẽtie. nõ aũt Ecciane intelligentie. imo errori. non enĩ excludunt charitatẽ a timore ſine ſer-

¶ Dicit d.d. eſſe cancrino more retrogradi ꝙ dixi habita cha- (uili ſiue filiali. ritate moueri mentẽ ad timorẽ. ſatis miror ſiue ſcorpionẽ ſiue cancrũ iſtum cũ ⁊ gentilis ille poeta dixerit. Res eſt ſoliciti plena timoris amor quaſi ignorem⁹ ꝙ amor fons ⁊ caput eſt, omniũ affectuũ. Ideo enĩ timet̃ pena et infernus ſeruiliter q: diligit̃ vita ⁊ voluptas pueriliter et ſeruiliter. Ad hunc timorẽ ⁊ amorem extirpandũ diffundit̃ charitas dei qua amemus aliam vitam et timeam⁹ aliam mortẽ. i. ſeparationem a deo.

¶ Tranſijt d.d. de punctis in ſermone meo ſignatis et de toto ſermone confutando. dico breuiter habet calamũ ⁊ papyrũ aggrediat̃ eum cũ fiducia videbit̃ an ſermonẽ cõfutauerit. vl̃ ſe ipſum triuerit. hoc relinquo iudicio ordinandoꝝ.

## Eccius.

¶ Quia ob tp̃is anguſtiam r̃ndere non poſſum ijs que reue: pater adduxit. refero tñ me ad iudices, me nihil tranſilijſſe neqꝫ fuiſſe de mente predicatorũ aut doctoꝝ legem adimpleri ſine charitate. neqꝫ aliquos docuiſſe ĩfructuoſam penitentiã. Sed quõ ꝑ timorẽ ſeruilem ad fructuoſam ꝑueniat̃. et ꝙ magnifico verboꝝ apparatu receſſit ab hodierna ſolutiõe. q: dixerat ſapientẽ loqui de timore filiali. iam vero admittit loquentẽ de timore ſeruili non tamẽ excludendo gratiã. qđ nec textus nec ſancti docto: patiunt̃. Nam per ſapientiã intelligit charitatẽ et ita initium eſſet ante initiũ. totus quoqꝫ Auguſt: non laborat quõ timor ſeruilis cum charitate ſit initium charitatis ſed quomodo timor ſeruilis p̃mo occupet mentem, et primo ingrediatur et ſic inducat charitatem quod etiam eſt de mente Gregorij improbantis reditum cancrinum vbi reue: pater ꝓ Gregorio. Scorpionẽ mihi adducit Res eſt ſollicita ⁊c. Oẽs ergo ſancti doctores hodie citati volunt timorẽ ſeruilem eſſe initiũ charitatis ad intelligẽtiam ſepe datam. et quã predicatores ſolent dare de quo refero me ad iudices

Karli: non receſſi r̃ndit.

## Tertiadecima Iulij. M.ccccc.xix. hora ſc̃da.

### Circa materiã concluſionũ quarte et quinte.

Eccius.

¶ Reuerende pater q: temp⁹ nobis prefixũ eſt nimis arctũ tamẽ tangẽdo fundum negotij aliqua obiter attingem⁹. illud ſcꝫ qđ quilibet ſacerdos abſoluat a pena et culpa cõtra ꝯmunẽ vſum totius eccleſie, Et ꝙ in ſermone vulgari et ꝯcluſione dictis. Ex nulla ſcriptura ꝓbari diuinã iuſticiã aliquã penã vl̃ ſatiſfactionẽ expoſtulare a pctõre. Et illis innitor q: in abſolutiõe ſacramẽtali cul-

pa remittiꝛ ſimultanee.ſed pena pctō debita eterna cōmutaꝛ in tpalem.hoc li
quet ex ſacre ſcripture traditiōe.et ſctōꝝ patrū vſu.et vt breuio: ſim expſſe hoc
voluit Ambroſius ſuper Lucā Hiero:lib:1.contra Iouinianū Auguſt:q.1.de
octo Dulcicij queſtionib:ꝛ ꝑtinenter Ambro:Lu:5.teſtaꝛ ſatiſfactiōe penam
pcti diſſolui. Scriptura eſt in promptu qm̄ pctm̄ Ade culpa etiā remiſſa pu
niꝛ in tota poſteritate.quare tranſeunte culpa remanet pena.quā rōnem tāgit
Auguſt:tract.124.ſup Matth:ꝛ gloſſa.2.Regū.12. Similiter de Dauid.2.
Re:24.vbi Dauid penituerat ꝛ ꝑcuſſerat cor eius peccaui dixit valde in hoc
facto.ſed precor vt transferas iniquitatē ſerui tui. modo pctm̄ non trāſfert quo
ad culpā q: vt ꝓpheta ait Anima ipſa que peccauerit morte morieꝛ. reſtat ergo
vt pctm̄ quo ad penā transferat. Sic ꝑ ꝓphetam Natan dicit Dauid.trāſtu
lit deus pctm̄ tuū.vbi gloſſa Deus delictū delet ſed multum nō deſerit.aut em̄
hō in ſe penitens punit.aut deus cū hoīe vindicans ꝑcutit. Et vt ad ſctōs pa
tres veniamus a quib: vſus et praxis eccl'ie principaliter ab apl'is deriuatus
eſt Nam primo nullū pctm̄ manet impunitū ꝛ pena eſt ordinatiua culpe quas
rōnes tangit Auguſt:ꝛ refert Gratianus (.ſicut primi de pent:diſt:7.) Nam
deus malū fieri non pateret niſi illud ꝑ iuſticiā ordinando melius ſtare in mūdo
faceret. inquit ergo Auguſt:lib: de penitētie medicina. Non ſufficit mores in
melius cōmutare ꝛ a factis malis recedere niſi etiā de hijs que facta ſunt ſatiſ
fiat deo ꝑ pñie dolorem ꝑ humilitatis gemitū.ꝑ contriti cordis ſacrificiū.Ele
moſynis cooperantib: ꝛc. Non em̄ dictū eſt vt tm̄ abſtineatis a pctis ſed et de
peccatis inquit deprecare dn̄m vt tibi dimittanꝛ ꝛc. Sed ſi reue: pr̄ ſicut in Re
ſolutorio ꝛ alias meo quidē ſenſu facere nititur ſatiſfactiōez illā fieri eccl'ie ſed
deum talem penā nō requirere.et quā deus requirat hō nō auferat. Cōtra ego
oppono Primo q Auguſt:in Enchi:inquit c.71.loquiꝛ de orōne dn̄ica.Delet
omnino hec orō.minima ꝛ quottidiana pctā.delet ꝛ illa a quib: vita fideliū ſce
lerate geſta ſed penitendo in melius mutata diſcedit. Ubi cōſtat orōem dn̄icā
delere venialia ꝛ etiā mortalia non quo ad culpā ſed quo ad penā.q: penitēdo
mutata que mutatio Auguſt: intelligi nequit niſi de mutatione pene eterne in
tpalem.Eos qui fuerūt a quadringentis annis non adduco.hic wilhel:pariſi.
wilhel:altiſidio: qui id pleno ore affirmant Accedat Cypri:in epl'a ad fidum
vbi ſic ait.Legim⁹ lrās tuas chariſſ:frater quib: ſignificaſti de quodā preſby
tero Victore q ei an̄ꝗ plenā penitentiā egiſſet ꝛ dn̄o deo in quē deliquerat ſa
tiſfeciſſet temere Therapius collega ꝑpropere pacē dederat.hic ſ. Cyprianus
non dicit victorē eccl'ie non ſatiſfeciſſe.ſed dn̄o deo. Idē Cypria:ad Corneliū
papā de hereticis ait. Elaborant vt opus ſuū diaboli malicia ꝯſument.ne vul
neratos diuina clemētia in eccl'ia ſua curet.Miſerorū pñiam mēdaciorꝝ fraude
corrūpunt. ne deo indignanti ſatiſfiat. Aptiſſime ſacer martyr hereticos in
crepat qui pñiam ab eccl'ia iniunctā exiſtimabāt nō eſſe ſatiſfactionē dei.Quia
reue: pater citra modeſtiā ſepius mihi improperet quaſi ſcripturaꝝ ſanctarū
intelligentiā non idonee tractem.de quo iudicent hodie deſignati iudices vter
recti⁹ de fide ꝛ ſacra: ſcriptu: ſenſu ſentiat.attn̄ quantū ego video vniuerſi ſa
crarū ſcriptu.tractatores in hāc ſententiā deſcendūt.Ad quid em̄ eccl'ia vellet
imponere tale onus graue penitentib: cum dn̄s ꝛ caput eccl'ie illud non exige
ret:quā rōnem in annotatiōib: tetigi non tn̄ fuit mea ſed Chryſoſtomi ſicut re
fert Gracia:26.queſt:7.can: allegat Homo. cui graue pōdus pñie imponis.
aut pñiam reijciet aut dum ſufferre nequit ſcandaliſat⁹ amplius peccat. De
inde etſi erram⁹ pñiam modicā imponentes nonne melius eſt ꝓpter miſericor
diā rationē reddere quā ꝓpter crudelitatē? Ubi em̄ pr̄familias largus eſt diſ
penſator non debet eſſe tenax. Si deus benignus vt quid ſacerdos vult eſſe
auſterus:hoc ꝑ confeſſo:lib: Idē Homilia.31.ait ſuper epl'a ad hebreos pctm̄
ꝯfeſſione minuiꝛ.ſed non minuiꝛ quo ad culpā.q: impiū eſt vt Hiero: ait a deo
dimidiā ſperare veniā.ergo minuiꝛ quo ad penā. Addo Grego:4.moral:cap

49. poſt multa ita dicit. Sed qꝛ nullũ pctm̃ de⁹ inultũ relaxat. aut em̃ nos hoc ſciendo inſequimur aut ipſe iudicãdo. Reſtat vt ad emendationẽ ſuã ſemꝑ mẽs ſolerter inuigilet. hoc ſenſit ꝛ b: Hiero: verba ſua tranſſcripta ſunt can: menſuram de peniten: diſt: 1. Menſurã tpis in agenda pñia. Idcirco nõ ſatis pſtrigunt canones ꝓ vnoquoqꝫ crimine. vt de ſingulis dicant qualiter vnũquodqꝫ emendandũ ſit. ſed magis in arbitrio ſacerdotis intelligentis relinquendũ ſtatuunt. qꝛ apud deũ nõ tam valet menſura tpis qꝫ doloris. Auguſt: quoqꝫ refert in can: Nullus. Null⁹ debite grauioris pene accipit veniã niſi qualemcũqꝫ et ſi longe minorẽ qꝫ debeat penã ſoluerit. ita em̃ impitit a deo largitas miſcdie vt non relinquat iuſticie diſciplina. hic habet egre: d. d. Caroloſta: Auguſt: in defenſione mea adductũ. cui⁹ ſententiã ꝓſequi non eſt inſtituti noſtri in pñia. Accedat poſtremo Iſido: lib: 2. de ſum: bono. cap: 13. quãuis ꝑ pñiam ꝓpiciatio pctõꝝ ſit tñ ſine metu hõ eſſe nõ debet quia penitentis ſatiſfactio diuino tm̃ penſat iudicio nõ hũano. Quare pñia inſũcta non eſt qꝛ ſatiſfacit tm̃ eccl'ie ſed etiã qꝛ ſatiſfit deo. Nam ꝛ apud deũ ꝓductior eſt pena qꝫ culpa. vt Auguſ: teſtat tract: 24 ſuꝑ Iohannẽ. quib: omib: ꝓ indubitata veritate habitis faciliter patet improbatio cõcluſionis quinte. vbi dicit reue: pr̃ quẽlibet ſacerdotẽ debere abſoluere penitentẽ a pena ꝛ a culpa. et ita quilibet ſacerdos villanus eſſet in ſua parrochia Epũs Archiepũs ꝛ papa qꝫ eſſe manifeſtiſſime fIm̃ ꝓter vſum toti⁹ eccl'ie. non ſolũ adulatoꝝ. ꝓbat primo ex ijs que dicta ſunt qꝛ per abſolutiõez ſacerdotalẽ culpa delet pena manet. licet ꝯmutata. deinde qꝛ ſacramentũ pñie eſt iudiciale vt formã hui⁹ iudicij deſcribit b. Auguſt: c. 2. de peni: medici: Et ad iudiciũ ferendũ ꝑtinet iuriſdictio. niſi velit Anaxagoricũ chaos ꝛ ꝯfuſionẽ maximã facere in eccl'ia dei. Et cũ iuriſdictio ſe ad duo extendat materialia in hoc ſacramẽto habita. nam et peccatoꝛ penitẽs ꝛ pctã ipſa ſunt de materia pñie. et nemo negat iuriſdictionẽ in inferiorib: platis ad cõfuſionẽ tollendã eſſe coartatã quo ad materiã peccantiũ. nam hinc ꝓprij ſacerdotis habet determiatio. ꝛ qꝛ ſentẽtia nõ lata a ſuo iudice eſt nulla. ideo abſoluẽs non ſubditũ nihil facit. Sic a ſili in materia pctõꝝ põt coartari iuriſdictio eadem rõne. et in criminũ deteſtatiõe. qꝫ aũt etiã a ſibi cõmiſſis nõ poſſit plenarie abſoluere ex eo patet. qꝛ tanta ptãs niſi auctoritate fundet cõtra totius eccl'ie cõſenſum. cui⁹ praxis debet hoi Chr̃iano eſſe ꝓ regula. nõ debet tribui ſed in ſuperiorib⁹ oñſum fuitꝑ maiores clericos Cyprianũ Chryſoſto et Auguſt: pene debitũ remanere poſt culpã. Ideo reue: pr̃ cedat ſctõꝝ pr̃m auctoritati ꝛ conſuetudini toti⁹ eccl'ie obrẽpet. aut cur id fieri nõ debeat auctoritate ſacre ſcrip: concilioꝝ vel ſctõꝝ pr̃m exponat.

**Martin⁹**

Adduxit tñ ſe velle replicare ſi dñs. D Eccius plus iuſto rñderet

¶ Admitto dño D. qꝫ habeat vltimũ verbũ qꝛ ſic vult. Arguit aũt egre: d. d. ꝯ ꝯclõem meã volẽs ꝓbare penã requiria deo ꝛ ꝓ primo iducit ſcrip: Geñ: 3. vbi pctm̃ Ade etiã remiſſa culpa punit in poſteritate. ergo pena remanet tranſeunte culpa. Volo dñm doct. obſtrictũ hoc exẽplo ꝛ nõ replicet niſi ꝯfirmet aut ſententiã cedat. Si iſta pena requirit ꝓ pctõ. ꝛ ſiliter ſentiendũ eſt de qualibet pena vt infert habeo ꝓpoſitũ. qꝫ pena nõ poſſit remitti ꝑ papã aut vllũ ſacerdotẽ. qꝛ null⁹ adhuc remiſit mortẽ. infinita gña penaꝝ. morboꝝ. ꝛ ſiliũ miſeriaꝝ. que oẽs ꝓ pctõ primo ſunt illate. ꝛ ſic ꝓbatio d. d. ꝓbauit ꝯclõez meã ꝯ ſcipã.

¶ Scdo qꝫ a Dauid trãſlato pctõ nõ eſt trãſlata tñ pena. etiã ꝓ me facit. ſicut ꝛ in ſmone eodẽ vulgari ſequẽter dixi. Quia erat pena quã de⁹ reqſiuit. ideo nemo auferre potuit. Si d. d. d nõ intellexit me legat diligenti⁹. ego em̃ dixi ꝛ dico qꝫ hanc penã de⁹ non requirat. quã papa vel hõ poſſit ſoluere quã aut ipſe requirit (. ſcꝫ immediate loquit.) non poſſit homo ſoluere.

¶ Tertio induxit gloſſam de⁹ delictũ delet ſed inultũ nõ dimittit nihil pugnat ꝯ me. vlciſcit em̃ ſiue ꝑ ipm̃ met hoiem ꝯterẽdo. ſiue ꝑ eccl'iam emendãdo ſiue ꝑ ſe ipm̃ iudicãdo. Et h̃ vltim ꝛ primũ gen⁹ pene in nulli⁹ hois arbit: eſt. ſicut apl⁹ 1. cor: 11. dicit ſi noſipos iudicarem⁹ nõ vtiqꝫ iudicare: a dño. cũ aũt iudica: a dño corripi: vt nõ cũ h̃ mũdo dãne: ibi claꝝ ẽ quõ de⁹ penã reqrat ꝛ nõ rqrat.

¶ Quarto Auguſtinū ꝑ Gratianū relatum ꝙ deus non ꝑmitteret malum fieri niſi ꝑ iuſticiā illud ordinando melius ſtare faceret. Miror. d.d. ꝙ has ⁊ ſimiles auctoritates ita ꝯſarcinat. cum nemo eas negat aut ꝯ̄trium ſapiat ego eñ̄ hoc ſolum impugnaui ſemꝑ. ꝙ virtute clauiū iactant ſolui penas ꝑ iuſticiā diuinā requiſitas. hoc eñ̄ non credo eſſe verum. nec ꝓbabitur. non eñ̄ dixit ad Petrū qđ ego ligo tu ſolues. ſed qđcumqȝ tu ſolueris ſolutum erit.

¶ Quinto illud de penitentie medicina non ſufficit mores in melius cōmutari niſi etiam ſatiſfiat deo de iis que facta ſunt ꝑ penitentie dolorem. ꝑ humilitatis gemitū. ꝑ contriti cordis ſacrificiū. hec oīa ego ꝯ̄ maxime volui ſemper. vt quid ergo ꝑ indulgentias iſta iactant remitti? Si non ſufficit mores in melius cōmutare ⁊ diuina iuſticia has requirat ſatiſfactiōes. fruſtra ergo gloriat d.d. ꝙ non dictum ſit ꝙ tm̄ abſtineatis a peccatis. ſed de preteritis deprecare dominū. et ſic patet ꝙ adhuc nulla ſcriptura contra me adducta eſt. quanqȝ ego poſſem multo fortiores inducere contra me.

¶ Poſt hec adducit Auguſt: in enchi: delet oīno hec oratio minima ⁊ quotidiana peccata. delet et illa a quib: vita fidelium ſcelerate geſta. ſed penitendo in melius mutata ⁊c. hoc eſt qđ dixi peccatorē poſt cōuerſionem teneri ad crucem ⁊ paſſiones vite ſcđm qđ deus intulerit quas non poſſit homo ſoluere. et iterum hec auctoritas pro me facit.

¶ Eos qui a cccc. annis fuerunt non adducit et placet. Ad Cyprianū epiſtola ad fidum vbi damnat Therapiū ꝙ prepropere pacem dederat victori anteqȝ plenam egiſſet penitentiā et dn̄o ſatiſfeciſſet. Ecce inquit nō eccleſie ſed dn̄o nō ſatiſfeciſſe dicit victorem. Rn̄deo legat ⁊ conferat Cyprianū bene d.d. et inueniet eos etiam quos paci dederant ideo datos eſſe paci etiā prepropere. vt cruces et martyria expeditius ſuſtinerent. que ipſe ꝑ multas epiſtolas exponit eſſe penas et flagella pro peccatis a deo inflicta. quare victor hoc modo nondum ſatiſfecit deo. ⁊ tamē ſatiſfecit. q: eccleſie quā nos vult audire deus. ſatiſfecit. hoc eñ̄ habēt verba Chriſti ꝙ eccleſia debet imponere penas qn̄ dicit qđcūqȝ ligaueris et hoc modo poſſem admittere deum requirere penas. quas eccleſia poſſit ſoluere. q: pactū fecit cum illa.

¶ Altera auctoritas Cypriani ad Cornelii: qua iterū ſcribit hereticos impedire peccātes ne indignāti deo ſatiſfaciant. quanqȝ Cypri: ibi de penitentib: nō loquit ſed de hereticis. qui tanqȝ iuſti ⁊ quaſi bene feciſſent excuſauerūt ⁊ defenderunt ſe in peccatis ſuis. tamen rn̄deo ſicut ad priorem.

¶ Poſt hec addidit rationē ad quid eccleſia vellet onus imponere penitentib: ſi illud dn̄s non exigit ⁊ longā auctoritatē allegat Capitulū. ꝗ inducit omnia tranſeo ⁊ dico ꝙ eccleſie mandatū eſt vt caſtiget ⁊ iudicet peccatores qđ ſi non fecerit deus irremiſſibiliter faciet. iuxta ſententiā Pauli ſupius adductā prima Corin: 13. ⁊ ſic non poteſt ſolui.

¶ Item idem Homilia. 31. ſuꝑ hebreos peccatū cōfeſſione minuit. Ex quo verbo colligit d.d. in hūc modū nō minuit quo ad culpā. ꝙ impiū ſit a deo ſperare dimidiā veniam. ergo quo ad penam admitto totum ſecundū predicta.

¶ Jam illa auctoritas Grego: 4. mora: aut eñ̄ nos hoc flēdo inſequimur aut ipſe iudicando. vix aliud aptius ꝓ me adduci potuit. Similiter ⁊ illud Hiero c. menſurā admitto quod tamen Hieronymi eſſe dubito.

¶ Admitto totum ꝙ canones non ſatis prefigunt. ideo relinquo arbitrio ſacerdotis. addo ⁊ ego multo magis arbitrio dei. qui ſolus eſt ponderator ſpirituum et non ignarus neqȝ iniquus iudicat.

¶ Placet et illa auctoritas. Auguſt: c. nullus. Ita impertitur a deo largitas miſcdie. vt non relinquat iuſticie diſciplīa. poſt ꝓ me ⁊ ꝓ dn̄o. d. valere tranſeo. Et Iſidorus ꝯ̄uis non ſatis grauis autor in his rebus. Placet tamen ꝙ penitentis ſatiſfactionē tantū diuino penſari iudicio dictat. non humano. ergo

multo minus remitti poteſt humano iudicio.cū clauis ptātis nō debeat opari
niſi prior ſit clauis ſcientie. que ſciat quid ⁊ quantū ſoluat. Apud deū ꝓducti=
orem eſſe penā ꝗ̄ culpā ex Auguſti: concedo . ſalua tamē auctoritate Pauli
Ro:7.dicentis. Non inuenio in me. hoc eſt.in carne mea bonum.cuius ſentē=
tia eſt.penam et pctm̄ ſimul finiri.hec de prima ꝯcluſione ſed contra aliā dicit
eſſe manifeſtiſſime falſum.⁊ preter vſum totꝰ eccł'e ꝙ quilibet ſacerdos debe=
abſoluere a pena ⁊ culpa penitentem.Et hoc ꝓbat primo ex dictis.i.ex nihilo.
Secundo p rationē q: ſacra:pſſīe ſit quoddā iudiciale ⁊ ad iudiciū ferendū ꝑ=
tinet iuriſdictio.Iuriſdictionē aūt eſſe coartatā in inferiorib: prelatis ad tollē=
dam confuſionē.tam in peccantibus ꝗ̄ in peccatis. Secundo in deteſtatiōem
criminū alioquin quilibet villanus ſacerdos eſſet epūs archi:et papa. Rñdeo
et dico duo. Primū me neſcire vſq; in hodiernum diem an coartatio iſtius iu=
riſdictionis fecerit hoc qđ pretendit . ſcʒ criminū deteſtationē et ꝯfuſiōis abla=
tionē.hoc certum eſt longe ſecus eueniſſe . Nam peccata craſſiſſima etiam ri=
dent in maiorib: curijs. que in ꝓprijs parrochijs poſſent pulcherrime puniri ſi
ſeruatus eſſet modꝰ quē inſtituerunt apoſtoli et ſeruauerūt ſancti patres vſq;
poſt Nicenū conciliū Ubi definitū eſt et longe poſt ſeruatū vt Dioceſes nō ꝑ=
miſcerent.⁊ vnuſquiſq; peniteret in ſua dioceſi. De quo extat cum alijs precla=
riſſima epiſtola Cypriani ad Corne: Ro:pontificē.3. Nam cum ſtatutū ſit ab
oīb: nobis ⁊ equū ſit pariter ⁊ iuſtum vt vniuſcuiuſq; cauſa illic audiat vbi
eſt crimē admiſſum.et ſingulis paſtorib: portio gregis ſit adſcripta quā regat
vnuſquiſq; ⁊ gubernet . Rationē ſui actus dño redditurus . oportet vtiq; eos
quibꝰ preſumꝰ nō circūcurſare nec epiſcopoꝝ ꝯcordiā coherentē ſua ſubdola ⁊
fallaci temeritate cōſidere ſed agere illic cauſam ſuā vbi ⁊ accuſatores habere
et teſtes ſui criminis poſſint ⁊c. Loquit̄ eīm de ijs qui in Africa peccauerūt et ad
Ro:ponti: Concucurrerāt. Et ſic patet vſus primitiue eccleſie de ligandis et
ſoluendis peccatoribꝰ cū aūt vt apoſtolus actuum.20.oſtendit idem ſit epūs
et preſ byter.⁊ ad Titum.1.quelibet ciuitas ſuum epiſcopū habere debeat iure
diuino. Longe vtilior eſſet ad corripienda peccata modꝰ. ſi quilibet ſacerdos
in ſua parrochia ligaret ⁊ ſolueret penitentē.qđ exemplū monſtrauit apoſtolꝰ
.i.corint.5. vbi cum Corinthijs pñs ſpiritu tradidit fornicariū ſathane ob=
iurgans ꝙ ipſi nō feciſſent Quo vero iure.aut qua eccleſie felicitate hic modꝰ
diuino iure preſcriptus.⁊ in tm̄ tempꝰ roboratꝰ ſit ſublatus viderint alij.ego
quidē negare non poſſum q: ad oculū videmus ita fieri.ita ſtatui.ꝙ tam pec=
cantes ꝗ̄ peccata reſeruent ⁊ vni anie ſex vel ſeptem paſtores ſcđm ſub et ſuꝑ
imponant. Sed an ita debeat fieri aut expediat non diffinio . Scio ꝙ inferior
tenetur obedire reſtringenti ⁊ vexanti quamq̄; nullo iure diuino. ſuperior tamen
vt dicit concluſio mea grauiſſime peccat.ſi reſeruet occulta peccata ſine rōna=
biliſſima cauſa.immo adhuc dubito ⁊ quantū capio credo ſine temeritate nul=
lum occultū peccatū debere reſeruari aut poſſe Optās audire ꝓbationē ɔ̃riā.
¶ Secundo dico eccleſiā non eſſet ruitura ſi idem plebanus epūs Archiepūs
⁊ papa eſſet.ac ſola cōcordia coherēte vt Cypri:ait Et ſicut vſus prioris eccł'e
fuit iungerent. ¶ Proinde ꝙ et damnatus fertur articulus in Conſtan: cōcilio
de iſtis reſeruationib: non ſatis curo. hoc ſcio ꝙ ꝓbatus fuit et reprobata iſta
reſeruatio in primitiua eccleſia et inſtitutiōe apoſtoloꝝ.et nūc quoq; vt miſer=
rima eccleſie experientia docet . eſſet vtiliſſimus et ſaluberrimꝰ ad cohercenda
peccata.et tollendā deteſtabilē confuſionē omniū epiſcopatuū . quā hodie vi=
demus . qua cauſa aūt ſit ſuo tempore mutatus tranſeo . Mutabilem inuenio
mutabilem relinquo.hec in arbitrium iudicū.hora tranſijt.

## Quartadecima die Julij mane hora ſeptima cōtinuauit Eccius preter pactum.

¶ Reuerendus pater ab initio ſatis glorianter perpendit per me adducta
quaſi ſibi minime obſtent que maxime aduerſant. nam ipſe voluit in ſermone
vulgari nõ fieri cõmutationẽ pene eterne in penam tpalem. ⁊ opinioni cõmuni
contradicit quaſi non poſſit pbari deum exigere aliquam ſatiſfactionẽ preter
portationẽ crucis. et in ſermone latino collaudat dictum vulgariũ vltra om
nem doctrinã doctorũ ſcholaſticoꝝ de penitẽtia datam. Nymmer thuen die
hochſte pueß. Optima penitentia noua vita ſecundũ gloſſam eius Addiderũt
talem pſuaſionẽ ipſe ⁊ ꝓpugnator: q: ſi auerterit ſe impius a iuſticia ſua ⁊c. Si
ad nouã penam imputat quõ dicitur non recordari et patet. cõcluſio ſua ma
nifeſte dicens peccare ſacerdotem qui non abſoluat a culpa ⁊ pena. huic erroꝛi
ego ꝯdixi ſanctoꝝ patrũ auctoꝛitatib: quibus ipſe voluit illudere ⁊ auditoꝛes
faſcinare quaſi apud eum ſolũ eſſet ptãs interpꝛetandi ſacrã ſcripturã. Unde
bene adduxi contra eum Auguſti: Non ſufficit mores in melius cõmutare ⁊ a
malis factis recedere ⁊c. Ubi eſt liquidiſſimũ doctrinã ex ſermone allegatã eſſe
falſam. q: noua vita non eſt optima penitẽtia. cum non ſufficiat ſcdm Augu:
et bene etiã doctrina illa impꝛobat p b. Ambroſiũ: lib: 2. de peniten: c. 5. Apli
ſcdm Chriſti magiſteriũ docuerũt pñiam. et infra qui eñ agit pñiam non ſo
lum diluere debet lachꝛymis peccatũ ſuũ ſed etiã emendatioib: factis operire
et tegere peccata ſua. Clariſſima ſancti pris verba ꝙ emẽdatioib: factis agẽ
do penitentiã tegere debemus peccata. At cũ auctoꝛitates foꝛent expꝛeſſiſſime
deum non remittere pctm̃ impunitũ. confugit ad mirabilẽ penarũ diſtinctionẽ
qui tñ ſolitus eſt ſcholaſticos ob diſtinctionũ vſum impꝛobare. et dixit penam
qua de⁹ vult pctm̃ punire nõ poſſet auferri p hoiem vel p papã. qđ eſt oim fal
ſiſſimũ ⁊ ptãtis clauium anullatiuũ. nam in pñia facta ꝯmutatiõe pene certe
hõ poteſt ſoluere illam penã p ipſum apl'm per reueren: patrẽ inductũ. 1. coꝛin:
11. Si nos ipſos iudicaremus non vtiq3 iudicaremur a dño. quare ſi nos pro
hac pena ſatiſfacimus. deus ꝓ peccato a nobis aliam nõ exigit. alioquin ꝯtra
ꝓphetam illud qđ nos puniremꝰ. ſi deus vellet punire. iam bis puniret idipm.
Preterea. Clara fuerunt Cypꝛiani verba Chryſoſt: Grego: 4. Hiero: ꝙ pena
iniuncta a ſacerdote in ſatiſfactionẽ eſt pena deo debita et ita victoꝛ q: nõ im
pleuerat pñiam iniunctã a Cypꝛiano dicitur nondũ ſatiſfeciſſe deo. ꝙ ⁊ Thes
odoꝛus in ſuo pñiali. quẽ ſequit quaſi ad verbum Beda idipſum teſtat. ꝗuis
foꝛte nec ij auctoꝛes ſicut nec Iſidoꝛus ei ſatiſfacit. Unde quidquid dicat oꝛe.
auctoꝛitates oẽs facere ꝓ eo. tñ neceſſariũ eſt ꝙ coꝛde diſſentiat. Cũ he auc
toꝛitates doctrinã eius ⁊ concluſionẽ ſubuertant. ſi eñ ſacerdos peccat nõ ab
ſoluendo a pena ⁊ culpa. tunc Epi peccaſſent nõ abſoluentes Uictoꝛẽ a pena ⁊
culpa. et oẽs ſacerdotes peccarẽt p oꝛbem Chriſtianũ abſoluentes extra in
dulgentias. neq3 releuat in eo ꝙ debeat crucem poꝛtare ⁊ hanc penam exigat
deus. Quia iſta crucis poꝛtatio nõ eſt aliud ꝙ̃ vita Chriſtiana. ſicut ipſe reue:
pater docte hoc expoſuit. ſed cũ hoc opoꝛtet de preteritis ſatiſfacere ⁊ dñm deꝰ
pꝛecari de pteritis. De Reſeruatiõe caſuũ concluſio mea nihil habet. tñ reſer
uatiões moderatas credo eſſe vtiles qđ etiam pꝛelati in monaſterijs experiunt.
fateoꝛ ingenue me eſſe in voto Gerſonis in conſilio Coſtancienſi interpellãtis
ꝓ delenda immodica reſeruatiõe caſuũ. ⁊ potiſſimũ diſplicet mihi illa reſerua
tio. ſicut ⁊ dño patri qñ habet auariciã comitem .i. pecuniarũ penã annexam.
Eccl'iam non dicit ruiturã ſi ſacerdos in ſua parrochia eſſet epũs ⁊ papa. certe
apparet mihi ſi eſſet illius pulcherrimi oꝛdinis Hierarchici coꝛruptio ꝙ etiam
eſſet eccl'ie ſubuerſio. Sed maneã in pꝛincipali. q: pctm̃ non manet impunitũ
ſcdm Auguſti: Grego: quare ſatiſfactio merito tertia pars pñie aſſerit ⁊ plene
ꝓbauit Auguſt: in Enchi: p oꝛõnem dñicam nos ſatiſfacere ꝓ ſcelerate geſtis
Et vt vere dixit heri reueren: pater Deus fecit pactum cum eccl'ia. ſi eccl'ia non

facit.deus facit. Ergo habeo ꝓpoſitū Scholaſticoꝝ ⁊ predicantiū ꝙ oportet vel nos ſatiſfacere.aut deus exiget.ꝙ ſi per orõnes noſtras vel bona opa ſatiſfacim⁹ cur illud non poſſet fieri accedente virtute clauiū quas deus nõ fruſtra ſue ſponſe eccl'ie contulit. Et cū iuxta Gregorij ſententiā can:de cetero.2.q.7. alij epiſcopi ſunt vocati in ꝑtem ſolicitudinis papa habet plenitudinē ꝑtãtis. ꝑ indulgentias ab eo datas ſatis fit poene ꝓ peccatis debite.ſolutione ex theſauro eccl'ie facta.vt poſt Sixtum declarauit papa modernus ꝑcipiendo ſub pena excõicationis ita doceri.teneri. ⁊ predicari quare ſi reueren: pater contra vocat. predicet vel diſputet iam eſt anathemate ꝑcuſſus. Placuit tñ mihi ꝙ vltra clauem ꝑtãtis heri poſuit clauem diſcretiõis.cum tñ plures claues ꝯtra ſcholaſticos doctor:neget Conclu:7. reſolutorij. hec volui omnino adijcere vt futuri iudices aptius intelligerēt que noſtra eſſet controuerſia in hoc puncto. qm̄ ſi reue: pater ſtat ſententie doctoꝝ per me allegatorū non aduerſabit nec Scholaſticis nec predicatorib: nec mihi. quare ſi voluerit etiam ſententiā ſuā ꝓ informatiõe dñorum iudicū poterit clarius exprimere.

## Martinus.

¶ Ad iſtas nenias et ineptias d.d.heri ſatis reſpondi repetit eñ eadē et velut ridiculus citharedus chorda ſemꝑ oberrat eadem. Scdo ſcopum cõtrouerſie non attigit.non eñ queſtio eſt an deus peccatū multū dimittat.qd ſatis copioſe probaui.ſed an papa vel eccleſia remittat quas penas deus exigat.de hoc nihil probauit quod relinquo iudicio iudicum et omniū auditorū.

¶ Tertio obiicuit hodie ſcrip: ſanctas. ideo ſto in eius probatione heſterna prima. ex Geneſi.30.ca: vbi probaui penas requiri a deo. quas ibi ſcriptura oſtendit irremiſſibiles. Doleo ꝙ d.d.ita ꝓfunde penetrat ſcripturas ſicut tipula aquas.immo videtur fugere a facie earum ſicut diabolus crucem. quare ſaluis reuerētijs patrū. ꝓfero ego auctoritatē ſcrip: qd ꝯmēdo iudicib.futuris.

## Eccius.

¶ Quia impaciēs monachus ſcurrilia quedā addidit preter grauitatē theologicam de quo integri viri iudicent. an recte induxerim contra eum iudices iudicabunt.ſed hanc fuiſſe materiā noſtrā patet ex Con:4. dicere deū remittēdo culpam remittere penam ⁊c. hoc erat ſaxum ꝑ nos voluendū et qr prefert auctoritatē ſacre ſcrip: patrib: quaſi ipſe velut alterū oraculū Apollis ſol⁹ habeat ſcripturaꝝ intelligentiā.vltra ſanctos patres.⁊ apparenter inducit auctoritatē heri ꝑ me citatā. Dico duo. Primo me adduxiſſe in eū finem. vt oſtenderet cum impius auertiſſet ſe ab iniuſticia ſua deum adhuc recordari non quo ad culpam.ſed quo ad penam.qd facit ꝓ Scholaſticis et predicantibus.

¶ Scdo cum reueren: pater reflectit auctoritatē illam cõtra me qr pene iſte a deo peccato Ade impoſite ſint irremiſſibiles a papa ⁊ hoie.verū eſt ⁊ fateor qr iſte ſunt pene que non ſolum conſequunt ꝑſonam. ſed etiam ꝯſequunt naturā et ergo nõ eſt mirū ꝙ iſte pene ſunt irremiſſibiles ab homie ſed ꝑ hoc nõ ꝓbat penas ꝑſonales ꝓ peccato debitas non eſſe a papa vel ſacerdote remiſſibiles. At in his remitto me ad iudices paratus mutare ſententiā ſi me aliter ad melius docuerint.

Finita ſunt hec. 14.die Julij hora octaua
preſente frequenti concione
auditorum.

Soli Deo honor et gloria. Anno.M.D.xix.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Contra F. Lutther ꝛ D. Bodenſtein:

in Lipſenſi ſtudio has diſputabit poſitiones Eccius,
xxvij. Iunij. M.D.xix.

i. Neq; dictis ſacræ ſcripturæ, aut ſanctis patribus, Auguſtino & alijs
cōcordat, D. & magiſtrū noſtrū Ieſum Chriſtū dicendo pœnitentiā
agite, voluiſſe omnē fideliū vitā eſſe pœnitentiā. vn̄ & de ſacramē/
tali pœnitētia illud v̄bū idonee pōt intelligi.

ij. Et ſi pctā venialia ſint quotidiana, tn̄ iuſtū ſemp̱ peccare in om̄i
op̱e bono, etiā bene moriendo, negamꝰ. Sicut erroneū dicimus, iuſtū,
manēte iuſticia, peccare poſſe mortaliter. aut ī puero: poſt baptiſmū:
alienæ voluntatis peccatū remanere.

iij. Aſtruentē, pœnitentiā non recte inchoari deteſtatione peccatorū,
recogitādo grauitatē peccati & penæ. et qđ faciat magis peccatorē,
tanquā Euāgelio et ſctis patribꝰ ꝯtrariū, non dicimus audiendum.

iiij Dicere, deum remittendo culpam, remittere pœnam: & non cō/
mutare in pœnam aliquam temporalē ſatisfactoriā, per canones &
ſacerdotis iniunctionē, in parte vel toto declararā, vt ſacræ ſcripturæ,
& vſui eccleſiæ repugnans, exiſtimamus.

v. Quēlibet ſacerdotem: nullo prælato dempto: ſuo ſubdito petēti,
poſſe remittere, aut debere, pænas & culpas: ita quod prælatus non
plenarie abſoluens a pæna & culpa, peccet. velut vſui ſanctæ matris
eccleſiæ aduerſum, non acceptamus.

vi Animas in purgatorio non ſatisfacere pro peccatorum pœnis,
a quorū culpis abſolutæ, hic non ſatisfecerunt: reputamus erroneū.
ſicut non eſt ſine errore, qui non credit deum a morituro requirere
aliam, quam mortis pænam.

vij. Errat, qui liberū arbitriū hoīs, negat dn̄m actuū hoīs. ex eo quia
ip̄m habeat ſe actiue ad malū, ad bonū vero tantū paſſiue ſicut nō eſt
ſine errore, qui fidē quolibet crimine corrūpi, cōtra ſcholaſt. exiſti/
mat. nec ſine maxīo errore, qui nulla contritionis habita rōne, in ſola
fide, quē abſolui, procaciter prædicat.

viij. Ex imperfectione charitatis vel fidei, in aīa mortui, fieri horro/
rem & quaſi deſperationē, quibꝰ in purgatorio afficiant̄. et quod illū
horrorem ex timore mortis incurrāt, quo quaſi inuiti moriant̄, non
recipimꝰ. quia veritati & rationi contrarium.

ix Aīas in purgatorio mereri maiorē gr̄am: aut eoꝝ præmia minui,
ſi alienis meritis liberentur. aut non eſſe certas de ſalute. aut ſuffragia
noſtra nolle. vt fidei noſtræ & om̄i rationi aduerſa, negamus.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Meritũ paſſionis Chriſti, non eſſe theſaurũ Eccleſiæ, ex quo dé/ x.
tur indulgentiæ: quia veritati & apoſtolicis decretis obuians: nega/
mus. ſicut claues eſſe theſaurum eccleſiæ, imperitiſſimũ opinamur.
Meritis quoqꝫ ſanctorũ nos adiuuari pie credimus.

Dicere, indulgentias nõ expedire, eſt error. dicere itẽ, indulgẽtias xi.
eſſe vicium aliquod opis, quo ipm minus valeat, error eſt peſſimus.
Quare & hũc errare ſentimꝰ. qui dicit, ſe teneri iprobare indulgẽtias,
quia dñs dicat: ꝓpter me deleo iniquitates, non propter pecunias.

Papam non poſſe remittere pœnam, pro peccato debitã, ꝑ indul/ xij.
gẽtias, error. Immo erroneũ eſt, eũ nõ poſſe abſoluere a pœnis aĩas
in purgatorio exiſtẽtes. Oĩm aũt maxĩe nõ recipimꝰ: q̃d morituri,
infirmi, legitĩe ĩpediti, nõ crimina publica hñtes, idulgẽtijs nõ egeant.

Rhomanã Eccleſiam non fuiſſe ſuperiorẽ alijs eccleſijs ante tem/ xiij.
pora Syluestri, negamus. Sed eum, qui ſedem beatiſſimi Petri habuit
& fidẽ, ſucceſſorẽ Petri & vicariũ Chriſti generalẽ ſemꝑ agnouimꝰ.
Cõtraximꝰ quo ad fieri põt ꝓpoſitiones, & has paucas accepimus,
& q̃ alia ab his pendeant.

## Contra nouos et veteres errores: defendet

Martinus Lutherius, has poſitiões ſequentes, in ſtudio Lipſeñ: m
Cottidie peccat oĩs hõ, ſed & cottidie pœnitet: docẽte Chriſto:
Pœnitentiã agite. Excepto vno nouo quodã iuſto, qui pœnitẽtia non i.
indiget. cũ etiã palmites fructiferos cottidie purget agricola cœleſtis.

In bono peccare hoĩem. & peccatũ veniale, nõ natura ſua, ſed dei ij.
miſericordia ſolũ eſſe tale. aut ĩ puero poſt baptiſmũ peccatũ rema/
nens, negare. hoc eſt, Paulum & Chriſtum ſemel conculcare.

Qui opus bonũ aut pœnitentiã, a pc̃tõꝝ deteſtatiõe, ante dilecti/ iij.
onẽ iuſticiæ incipi, nec ĩ eo peccari, aſſerit, hũc inter Pelagianos hæ/
reticos nũeramꝰ. Sed & cõtra ſacrũ ſuũ Ariſtotelẽ deſipere, ꝓbamꝰ.

Deus mutat pœnã æternã in tp̃alẽ, ſcꝫ crucis portãdæ. cuiꝰ Ca/ iiij.
nones aut ſacerdotes, nec ſtatuẽdæ, nec auferẽdæ, habẽt vllã ptãtem.
quãq̃ id ab adulatoribꝰ noxijs ſeducti, præſumere poſſint.

Quilibet ſacerdos debet abſoluere pœnitẽtẽ a pœna & culpa, aut
peccat. æque peccat ſupior prælatꝰ, ſi occulta ſine cauſa reſeruat ra/ v.
tionabiliſſima. quantũlibet vſus Eccleſiæ, ideſt, adulatoꝝ, reſiſtit.

Forte ſatisfaciũt aĩæ in purgatorio ꝓ peccatis. Sed quod deus
a morituro plus, q̃ voluntariã mortem requitat, vaniſſima temerita/ vi.
te aſſeritur. quia nullis modis poteſt probari.

Neqꝫ quid fides, neqꝫ quid cõtritio, neqꝫ quid liberũ arbitriũ ſit, vij.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

oſtendit ſe noſſe. qui lib: arb: actiuū, ſiue bonorū, ſiue malorū dñm eſſe
balburit. aut non ſola fide verbi, quem iuſtificari. aut fidem non tolli
quolibet crimine, ſomniat.
viij. Veritati & rationi cõtrarium eſt quidē, inuite morientes, deficere
in charitate. ideoq; pati horrorem purgatorij. modo veritas & ratio
ſit idem, quod opinio Theologiſtarum.
ix. Animas in purgatorio eſſe certas de ſalute ſua, nec gratiā in eis
augeri, ſcimus a theologiſtis aſſeri. ſed miramur doctiſſimos viros,
quod huius fidei ſuæ rationē, nec ſtultæ veriſimilē, reddere poſſunt.
Meritū Chriſti eſſe theſaurum Eccleſiæ, & ſanctorū meritis iu/
x. uari, certum eſt. Eſſe autem theſaurum indulgentiarū. nemo, niſi fœ/
dus adulator, extrauagantes a veritate, et fictæ quædā Eccleſiæ pra/
xes aut vſus, ſimulant.
Dicere, indulgētias eſſe bonum Chriſtiano, eſt inſanire. ſunt enī
xi. veriſſime operis boni vicium. et improbare indulgētias debet Chri/
ſtianus, ob abuſum. quia domin⁹ dicit: Propter me deleo iniquitates
tuas, non propter pecunias.
Papam poſſe remittere omnē pœnam pro peccatis debitam, hu/
xij. ius & futuræ vitæ. & quod indulgentiæ proſint non criminoſis,
ſomniant ſecure indoctiſſimi ſophiſtæ, & peſtiferi adulatores. non
tamen vel nutu poſſunt oſtendere.
Romanam Eccleſiam eſſe omnibus alijs ſuperiorem, probatur
xiij. ex frigidiſs, Ro: Pont: decretis, intra cccc. annos natis. cõtra quæ ſunt
hiſtoriæ approbatæ M c annorum, textus ſcripturæ diuinæ, et de/
cretum Niceni Concilij, omnium ſacratiſſimi.

Subſcriptas Concluſiones, Andreas Caroloſtadius, aduerſus domi/
num Ioannem Eccium defendet Lipſiæ, die xxvij.
Iunij. M.D.XIX.

i. Cū D. Ioan: inficiatū omnē oim fideliū vitā, eſſe penitentiā, aut pœni/
tudinis indigā, Iudæus eſt, ſub Chriſtiana pelle. occlamās, ſi iuſſus
dei filius eſt, deſcēdat de Cruce. neſcitq; hāc vitā, diē crucis pferēdæ.
Paralogiſat itidem ſic. Vita fidelium, non exprimit pœnitentiā
ij. ſacramentum, ergo non pœnitentiam.
Vt dñi Ioannis eliciatur ſcienttia, ſuſtinebitur & hæc.
iij. Omnis fideliū vita habet pœnitentiā ſacramentalē. quā cõiectu/
ralibus circūſtancijs ex Cypriano & Bernhardo ſum aſſecutus.
iiij. Dominus Ioānes mirū ducit, quod de pœnitētia pcepta, me trā/
ſtulerim, ad pœnitētiā, quæ flagella & pœnas patiē, ſed nō miratū pœ/
nitentē pphetā, in flagella & dolores paratū. nec ſeſe, ignorantē ſeſe.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Dñs Ioan:Oẽs iuſtos pœnitere audacter negãs,negat qđ cõfitet̃ v.
ecc̃ia.eſt q̊q; anathemate ꝑcuſſus,aſſeuerãs iuſtos viæ,nõ eſſe pctõ-
res proprie. Excõmunicatus aũt quomodo eccleſiam defendet?
Minuta peccata ſunt vera,pœnitenda,& dolenda peccata. vi.
Om̃e peccatũ minutũ,quod hõ non iudicat, eſt dãnabile. ideoq; vij.
non ſufficit diſſenſus,ſed accedere iudiciũ oportet, q̃uis ſint delicta,
ꝓpter quæ ſcribit̃. Delicta quis itelligit. Itẽ,Delicta mea oñde mihi.
Peccata cottidiana,quoꝝ nec orit̃ in terra veritas, nec cõpenſatiõe viij.
debitoꝝ fit remiſſio,mortalia ſũt. Ad ſtupeũ penſuz ſophiſtaꝝ haud
Dñs Ioan:ſcholaſtica dogmata quadringẽtis annis (ſtupeſcam. ix.
diſputata,cõtra antiquiorẽ veritatẽ ꝓducens,nouũ ius cõſuetudinis
& præſcriptionis adinuenit, haud priori ſæculo cognitũ. Videlicet,
qđ,& errores,& pctã poſſunt p̃ſcribi. Cauete vobis ideo patres an-
tiquiſſ. & tu Auguſtine,quod Donatiſtas falſis rõnibus,nõ viciſtis,
ſed illaqueaſtis. hic eſt nouus ille tutor,qui noua tutela defẽdit eccle-
ſiam. in qua,licet ſint doctiſſ. ipſe tamen defenſor doctior.
Deinde,Prophetæ,Apoſtoli,et tu Chriſte Saluator,cauete,quod x.
improprietate ſermonis veſtri,eo ſubuecti ſumus, quod in quolibet
opere bono,nos peccare putamus.
Liberũ arbi:ante grãm p ſpiri. S. infuſam,nihil valet,niſi ad pec-
candũ.hoc aũt terrenũ nõ credit impoſtor meꝰ.quõ crederet, ſi dice- xi.
Immo volũtas noſtra,quæ non regit̃ a diuina vo- (rẽ cœleſtia.
lũtate,tanto citiꝰ a ꝓpinquat, iniq̃tati quãto acrius intendit actioni. xij.
Dñs Ioan:cũ ſua maxima ſuoꝝ diſputatoꝝ,põt facere qđ in ſe ẽ,
id eſt,obicẽ & impedimentũ ad grãm tollere. hoc eſt, lapideum cor xiij.
emollire:cõtra Ezechielẽ,& iam prædictã concluſionẽ Ambro:
Dñs Ioan: non videns, quomõ bonum opus ſit totum a deo,& xiiij
dei opus,adhuc ſcripturã,per velamẽ Moyſi legit & accipit.
Poſtremo,nemo nõ intelligit eruditionẽ D. Ioan:in Theologia, q̃
fecit (neſcio quot) cẽtones in Chryſopaſſo ſuo de prædeſtinatiõe. & xv.
ſiciat auctoritates de prædeſtinatiõe,ꝑtinere poſſe ad opa coronãda.
D. Ioan:Bern:dicentẽ. Tolle lib:arbi:et nõ eſt qđ ſaluet̃,cõtra me xvi.
citãs,ꝓbaturꝰ lib:arb:eẽ potẽtiſſ. legit qđ,ꝓ q̊. & ſatis demr̃at, q̃nto
iudicio Eccl̃iaſti:ꝓuidet. facit aũt ſe oĩb:ſtudioſis ſuſpectũ depuatorẽ
D. Io:dicẽs,ſalutẽ ita in canonib:cõſiſtere,ſi quiſpiã ex lib:arb:fa- xvij
cultate fecerit quæ iubent,Iudaiſat. & ſectando legem iuſticiæ,ſuam
iuſticiam conſtituit.

Originem tam iuſtæ pugnæ,in Defenſiõe noſtra aduer-
ſus D. Ioannem ædita,ſpectare licet.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Th
6116

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN